Io xix Stabant iuxta crucem
Ihesu mater eius et cetera Dilexerunt
post mortem ideo unguenta
portauerunt ut corpus eius
ungerent et hoc est quod dicitur Maria
Magdalena et Maria Iacobi et cetera Unde
circa de tribus fit mentio scilicet
de personis mulierum devocione
devocio ostenditur quantum ad tria
Primo quantum ad numerum personarum descri
buntur namque tres scilicet Maria Magdalena
Maria Iacobi minoris mater et
filia Salome Maria primo no
mine attinebat in fide devocione
due posteres erant eius mater
tere unde dicitur ex Ioachim Cleo
pha Salome tres Anna maritos
quas hinc nixit Ioseph alpheo
iunior illa duorum iuncta namque Io
seph scilicet beata virgo fuit mater
unius scilicet Christi iuncta alpheo fuit
mater minor scilicet Iacobi minoris
et Iohannis ewangeliste unde dicitur Ex primo
ipsius Anna solet dici tres con
cepisse Marias Quas genuere
viri Ioachim Cleophas Salo
mas has duxere viri Ioseph
alpheus zebedeus prima parit
Christum Iacobumque secunda minorem
et Ioseph iustum peperit cum
Symone Iudam tercia ma
iorem Iacobum volucremque Io
2o hannem Secundo ostenditur
earum devocio quantum ad opus
devotum cum dicitur emerunt aro
mata id est unguenta aromatica
conficiendo namque erat ungere
corpora mortuorum ut
conseruarent a fetore ab incineracione

avmi in corrosione s(ed) iste mulieres
erant decepte quia ita corp(us)
x(risti) erat deitate in balsamatum
si p(er) mille annos in terra iacuiss(et)
non potuiss(et) putrefi(eri) ne(c) manca
ri n(ec) in vermes generare p(ro)p(ter) q(uo)d in
dabis s(an)c(tu)m tuum vide(re) corrup(tionem) (et)c(etera)
¶ Tra(n)s ostendit(ur) ear(um) devocio q(uantu)m
ad opus festinum Cu(m) d(icitu)r valde
mane (et)c(etera) S(ed) si erant valde
mane quo (modo) ia(m) ortus erat sol
(et) si sol ortus ia(m) erat quo (modo) erant
valde mane R(espon)d(eo) q(uod) mulieres iste
in civitate habitabant Sepulc(rum)
aut(em) e(xtra) civitatem erat ip(s)e
aut(em) valde mane surrexerunt
s(ed) quia longa erat via (et) ip(s)e
mulieres t(ri)ste no(n) erant s(ed) mane
in exitu (et) porta civit(atis) tarde
aperiebat(ur) ideo iam ortus erat
sol q(ua)n(do) ad sepulc(rum) p(er)venerunt
(et) s(ic) valde mane venerunt i(dest)
venire inceperunt S(ed) iam ortus
erat sol q(ua)n(do) p(er)venerunt Vel sol
d(icitu)r dup(liciter) ortus vel q(ua)n(do) ad sum
m(er)u(m) su(m)it qui d(icitu)r aurora vel
q(ua)n(do) ad sp(h)eram s(ed)a(m) p(ri)mo mo
do s(e)c(un)do ortus est sol vn(de) dicit
aug(ustinus) Orto iam sole i(d est) iam celo
ab oriente p(ar)te iam albescente vel
nomine solis x(ristu)s intelli(gitur) qui dup(licem)
h(abu)it ortus s(cilicet) de matris utero p(er)
nativitatem penosam et de sepul
cro p(er) nativitatem gl(ori)osam Et
s(ecundu)m s(en)sus valde mane venerunt
s(ed) oriens sol i(dest) x(ristu)s qui p(ri)us
fuerat ortus nativitate carnali
iam ortus erat nativitate celesti
Cu(m) aut(em) d(icitu)r una sabbator(um) id
est q(uod) p(ri)ma dies sabbati que

nunc do(minica) dici(tu)r dies n(am) ali(ter) vocant
iudei ali(ter) romani ali(ter) eccl(es)ia
Iudei n(am) vocant ip(s)os sabbata
dicentes p(ri)ma sabbati s(ecun)da sab
bati (et) sic de aliis (et) hoc p(ro)p(ter) re
verenciam sabbati in quo deus
requievit in quo opa sua p(er)
fecit (et) s(an)c(t)ificavit Romani
vocant dies a planetis (et) merito
qui p(ri)me hore illius diei do
minant(ur) (et) quia sol dominat(ur) p(ri)me
hore d(omi)nice io illum diem voca
bat diem solis (et) sic de aliis
diem aut(em) sabbati vocabant die(m)
sat(ur)ni quia p(ri)me hore illius
diei d(omi)nat(ur) Eccl(es)ia vocat dies
a ferijs dicens feria 2 in 3 (et)c(etera)
Et est idem feria q(uod) cessatio
vnde antiqui diem sollempnem
feriam appellabant quia ab ope
ribus cessabant vel d(icitu)r feria
a feriendis victimis quia in
diebus festiuis sacrificia offe(re)
bant modo aut(em) eccl(es)ia omnem
diem feriam appellat feriam
quia o(mn)i t(em)p(o)re a vicijs est cessa(n)
dum vel d(icitu)r fe(ri)a a fi(at) quia os
dies facti sunt. p(ri)mo fiat ut hoc
est Gen(esis) I fiat lux (et) facta e(st)
lux (et)c(etera) (et) s(ic) est valde mane (et)c(etera)
S(ed) quare b(ea)ta v(ir)go cu(m) istis mulieri
bus ad monumentum no(n) ivit dica
p(ro)p(ter) tria de ca(usa) p(ri)ma est quia no(n)
potuit sustine(re) vide(re) sepultu(ra)
filij q(uia) gladius doloris eius
animam p(er)trans(iit) s(ecund)a est quia i(n)
parasceue (et) sabbato tm se mace
rauerat (et) fleuerat q(uod) fem
inina debilitate surge(re) non va
lebat vn(de) s(ed) (et) opportuit q(uod)

femina

de loco passionis inter manus disci
pulorum tamquam semiviva ad domum fratris
deferretur dum ipsa quippe pia
mater in mani dolore singulas
et pectora delicata contundens
ita ipsa viscera omnia et fatigata
membra ut iam sensu deficiens
vix pervenire potuisset ad domum
causa est quia sciebat quod Christus
resurrexerat et quod in monumento cor
pus non erat et sic credendum
est quod ante omnes sibi iam appare
rat quod etiam audi super primo paru
tentatem Sedulius in agens
de hac apparicione ait Semper virgo
manens hunc se visibus astans
luce palam dominus prius obtulit ho
noracionem carnis applicatam corpore
tandem Similiter in pauci fixo in
die pasche ad sanctam mariam
primam fecit stacionem pro eo quod in uerbis
beate marie primam factam fuisse
apparicionem deo reconciliatam mora
lem racionem Christus in precepit
honorare patrem et matrem Set
qualis honor esset si aliquibus
alius magis veniens personis gratu
latus primo visitare et matrem
de sua absencia desolatam
ultimo visitanda accederet Si ipse
non inmerito multum honorasset si
prius alios de qua refertur ac leti
ficasset et tandem matri desolate
apparuisset Secundo fit mencio de mo
numenti clausione et apercione cum
dicitur quis revolvet nobis lapi
dem a monumento Nam clausum
erat per grandis lapidis obsta
culum ad volucionem Sigilli ap
posicione et militum deputacione

et ideo mulieres non sperabant intrare
se posse et quia lapidem tam
grandem removere non possent
et milites eas fugarent et sigillum
presidis frangere non auderent Christus
autem qui exivit clauso matris
utero et qui intravit ad discipulos
ianuis clausis ipse de sepulcro
exivit salvis sigillis dicitur in histo
ria quod anno domini quo etiam dux
Cudam monacho marco sancti laure
cii gestorum miros miranti de cin
gulo suo quo cinctus erat
insoluto et integro ad eum vox
in aere facta est sic potuit Christus
clauso predicto sepulcro Tercio fit
mencio de angelica visione cum
dicitur videntes iuvenem etc ubi
angelus describitur quantum ad in
primo quantum ad situm cum dicitur sedentem
a dextris Secundo cum autem consummata
nisi vita prius quod non perpetua
nisi vita eterna designatur quia
scilicet redemptor in iam prius
vite corrupcionem transierat et
angelus qui perhennem eius in
tam nunciare venerat in dextra
sedebat Secundo quantum ad habitum cum
dicitur Coopertum stola candida de
nevi Stola ista non est de
mortali vellere sed de spirituali virtu
te splendens celesti luce non
terreno colore ardente propheta dicente
tus lune sic vestimento circumdatus
Omnia ipsi fulgebunt sicut sol
Secundo stola candida coopertus
apparet quia festivitatis gau
dia nunciavit Splendor enim
vestis splendorem denunci
at festivitatis ait autem dicat

q aspectus eius erat sicut fulgur
vestimenta autem eius sicut nix
dextra ppt dr mli q i xo i roc
currentibus sunt celestia gaudia h
aut S. In fulgore terror timoris
est in nive blandimentum can
doris ppt dr mli q xpus in
iudicio terribilis erit reprobis
et blandus iustis Scdo describitur
quantum ad etatem cum dr viderunt
iuvenem etc. ad innuendum quod nos
in etate iuvenili resurgemus
Si enim eius viderunt iuvenem ut
innuerent nos eius etatem que
nescit cum senectute Et ubi
nasci timori nescit ibi etas non
admittit detrimentum ut indiget
incrementis vel iuvenem non
senem vel rugosam sed iocundam
videntur etatem Quarto descri
bitur quantum ad allocutionem Allocutus
est n. mulieres etc. Nam primo
eas confortavit d. Nolite expa
vescere Sed dr in textu xpi. Se
cundo eas certificavit sicut in ange
lo bonus dixit vel bonus angelo
lo dixerunt quia bonus angelus
in primo terret ex sui fulgore in
medio confortat ex sua allocu
tione in fine letificat ex sua
iocunda visione sed in malis
angelis est e contrario ex sui apparicione
terret multum in medio sua
allocutione terret magis in fine
ex sua horribili visione terret
maxime Secundo eas confortatas
et certificatas ad aplos de
stinavit dicens Ite dicite disci
pulis eius et Petro angelo
lo vocavit vel de causa vna

assignat G. dicens Petrum vocat
ex nomine ne desperet ex denegatione
Si enim vocatum eum non exprimeret
qui magistrum negaverat venire inter disci
pulos non auderet ex speciali deputa
vocato quia indignum se iudicabat
discipulatu qui ter negaverat magistrum
sed Petrum non nocuit quod non placet
Sed causa est ut angelus ipsi tanquam
summo pontifici deferret Si n. ab
ipso collegio cardinalium litteras
mittere vocatum exprimunt
cardinales in generali efferet
angelus qui vocatum Petrum exprimit
tanquam pontificem summum disci
pulos generaliter tanquam collegium
Tercia causa est quia Petrus magistrum et
agnoscens ppt dr mulieri q
illi prius inveniuntur qui deum esse
verum agnoscunt Tercio de appari
cione Petrus apostolus predicavit Sed
ait precedet vos in Galilea ibi
eum in Galilea legitur fuit occupa
tio ipse misterium speciale innuitur
Galilea interpretatur transmigracio per at
dum est in hac vita mortali eterna
deficiente particulari unum quantum ad
corpus per mortalitatem aliud
quantum ad animam s. passibilitatem
Tercium quantum ad utrumque s. multiplicem
miseriam et penalitatem Sed in
resurrectione fiet transmigratio
Siquidem transmigrabit corpus de
mortalitate ad immortalitatem anima
de passibilitate ad impassibilitatem
corpus et anima de miseria et penalitate
tate ad eternam glorie felicitatem
de hiis tribus dicit Leo papa post
passionem xpi ruptis vinculis
mortis infirmitas in virtutem

mortalitas in eternitatem contumelia
versa est in gloriam

Ihesum queritis nazarenum crucifixum. Marci xvi. Sumpsit non est hic Ihesus
in vita sua nobilem societatem
habuit scilicet apostolos et quasdam sanctas
mulieres. Hora autem tempore passionis
quidam ab eo recesserunt et quantum
ad corporalem associationem et quantum ad
fidem et quantum ad amorem sanct[e]
autem alie quantum ad sociationem corporale[m]
sed non quantum ad amorem sicut certe
apostoli qui relicto eo fugerunt et postea
perdiderunt alie quo ad fidem tamen sed
non quo ad associationem nec ad amo
rem sicut sancte mulieres que iuxta crucem
stabant et certam ipsum defunctum ad
larunt Virgo autem beata a filio numquam
recessit nec quo ad sanctitatem quia
iuxta crucem immobilis stetit nec quo
ad fidem quia ipsam retinuit nec
quo ad amorem quia eum perfecto
amore dilexit Istud representatur
in xv candelis que in matutinis
paulatim extinguuntur et represen
tant xii apostolos et tres mulieres
que omnes in Christi passione quo
ad lumen fidei fuerunt extincti
una tamen candela reservatur que repre
sentat virginem mariam in qua lux
fidei numquam fuit extincta cum omnes alie
mulieres sancte fidem amisissent propter
amorem tamen et devotionem ipsum querebant
et corporis eius ungere volebant Ideo
dixit eis angelus Ihesum nazaren[um]
etc. In quibus verbis ostenduntur tria
primo quod in mulieribus fuit magna
studiositas quod notatur cum dicitur Ihesum
queritis Circa quod tria sunt notanda
primo quare sancte mulieres
ipsum sole [illegible] etc. Propter
multa beneficia que plures Christo

exhibebant sanctis. Nam de magdalena
vii demonia eiecit Martham
sororem suam a fluxu sanguinis
liberavit fratrem suum lazarum quatri
duanum suscitavit eam semper
excusavit apud martham
que dicebat ea occupari apud
phariseum qui dicebat ipsam pecca
tricem apud iudam qui dicebat
ipsam prodigam. Secunda maria scilicet mater
iacobi minoris ei multum tene
batur tum quia nepos suus erat
tum quia tres filios suos scilicet iaco
bum symonem et iudam cardinales
id est apostolos fecerat. Tertia maria scilicet
filia salome ei multum tenebatur
tum quia nepos suus erat tum quia
filios suos scilicet iacobum et iohannem apostolos
fecit. Secundo videndum quare
tres venerunt et dicendum quod in simul
inter causas primo propter
testium veritatem vel firmitatem
ut in ore trium testium stet omne verbum.
Secundo propter decenciam et honestatem
decet non matronas ut bivias
[vagari] Tertio propter mysterium significat
ut glossa dicit Isti qui[dam] illi tres
veniunt qui habent fidem caritatem
et spem Quarto propter questionem
studium congregationis [religiose]
non sunt ordines in contractate quod in singu
laritate Vel in melius est esse
duos simul vel tales ut sociis
alias liberantur a malo culpe propterea
ideo subditur Si unus ceciderit ab
alio fulcitur alii a malo culpe
precaventur et ideo subditur Si quis pre
valuerit adversus illum duo re
sistunt ei Alii mutuo se accendunt
in amore dei ideo subditur Si dor
mierint duo fovebuntur mutuo

virtus quo calefiet aliquo pre
sunt temptacionibus dyaboli
vel dicitur funiculus triplex difficile rumpitur
dyabolus non potest rumpere fratres dei in
simul congregatos quia non potest
vadere nisi solos iuxta illud [illegible]
eligite vobis virum qui descendat
ad singulare certamen Secundo viden
dum est quod venerunt ut
scilicet ungerent corpus eius Iam enim
magdalena unxerat pedes eius ut
habetur luce vii unxerat caput eius
ut habetur matthei xxvi Modo ipsa cum
aliis volebat ungere corpus eius
per quod signatur triplex unguentum est
scilicet spirituale quod diffundit [illegible] super caput
scilicet contricionis devocionis et compas
sionis Species devocionis sunt
dei beneficia Species unguenti com
passionis sunt proximorum calamitates
et irrogata supplicia Tunc ergo
cum magdalena pedes christi ungimus
et lacrimas fundimus cum peccata do
lemus Tunc caput inungimus
quando de eius beneficiis sibi gracias
agimus [illegible] ipsum le
tificat et quando impinguat propheta
Impinguasti in oleo caput meum
Tunc corpus eius mortuum in
ungimus quando afflictos quasi mor
tuos oleo compassionis [illegible]
delinimus Tercio in christo fuit festiva
convenientia (?) ad dictum nazareth qui
interpretatur floridus In [illegible]
omnia florent et gaudent iuxta illud
dies venit dies tua in qua
reflorent omnia Gavise sunt
omnes creature scilicet superiores sicut

Sol qui in maiore luce resplen
duit maxime in resurrectione et
elementa omnia glorificabantur [illegible]
[illegible] in hac solito
clariorem Unde est quod ut sol in eius
resurrectione gaudeat in cuius passione
condoluit quia ut tunc sol maio
rem quam unquam dolorem passus est
obscuritatem in signum tristicie quia
creditur quod fuit ubique eclipsis Ideo
nunc maiorem debuit recipere clari
tatem in signum leticie Secundo gavise
sunt creature inferiores scilicet patres in
inferno qui erant in limbo valde
gaudent qui de carcere sathane
[illegible] multum ergo gavisi
sunt quod fuerunt educti de carcere
tenebroso ubi non divina visione
carebant de carcere horrendo ubi
demonum vicinitatem habebant
de carcere ignominioso quia fetida
[illegible] vocabatur de carcere longo
ergo quia per multa milia annorum
ibi remanserunt [illegible]
Gaudium leticia obtinebant
fugiet dolor et gemitus habuerunt
ergo gaudium quia assecuti sunt divine
visionis aspectum habuerunt leticiam
quia evaserunt tam horribile
consorcium fugit ab eis dolor quem
habebant propter tam ignominiosum
locum et gemitus quem habebant propter
carcerem tam diuturnum Si autem queritur
ubi patres de inferno educti sunt utrum
[illegible] ipse deus novit qui
eos eduxit vel potest dici quod deducti
sunt in terra scilicet per amplissimos
fines orbis vel forte sunt
in paradiso terrestri ubi nunc est

helyas et enoch Tercio gaudere sunt
creature modice i. herbe homini
aut quando erant peccatores i. mortui
ipsius fuit vivificatio Mathei xxvii. Et
multa corpora sanctorum que
dormierant surrexerunt Alij erant
peccatores et ipsius fuit iustifica-
cio Ro iiii Traditus est propter
delicta nostra et resurrexit propter iusti-
ficacionem nostram Alij fuerunt sunt et
inspirati ipsius fuit illuminacio
Ideo i. illuminat omnem hominem venientem
in mundum In sermone de resurrec-
cione legitur in hac die quod et
vivos consolatus est mortuos vivi-
ficavit revertentes illuminavit Con-
fortet autem angelus Ihesum queritis
Nazarenum crucifixum ad inveniendum
quia qui vult florere in gloria con-
figat se in pena / Filii v. Israel
agnum cum lactucis agrestibus
comedebant et discipuli xpo pisce
asso cum favo mellis dederunt
Et magi xpo cum mirra invene-
runt Qui ergo vult pervenire ad
esum agni celestis assumat lac-
tucas amare contricionis qui vult
frui celesti dulcedine assuescat
digne penitencie Qui vult invenire
xpm in gloria habeat secum penitenciam
amaram Tercio penitencie resurrexit
feliciter cum dicitur Surrexit non
est hic Non v. erat ibi tamquam
mortuus quia surrexit ad vitam
gloriosus Notandum autem quod eius
resurreccio est signum nostre resur-
reccionis ut sicut ipse voluit resur-
gere sic et nos ad deum velimus con-
vertere debemus v. ad deum
[illegible] in iuventute quia [illegible]

[illegible] sed finaliter Tales v.
sunt sicut mollis cera que defacili
ad bonum ducitur Psalmus factum est cor
meum tamquam cera et sunt sicut
recens testa quia in hac etate
ipsi in senectute consumantur Proverbiorum
xxii Adolescens iuxta viam suam
et cum senuerit non recedet ab ea Et sunt
sicut talis regula quia defacili
ad bonum ducuntur vel flectuntur Psalmus
Venite filii [illegible] Non debe-
mus autem nostram conversionem differre usque ad
senectutem nec usque ad mortem
nec usque post mortem Non debe-
mus differre usque ad senectutem quia
talis conversio habet difficultatem quia
difficile v. quia in peccato inve-
terantur Unde postquam [illegible] in
persona senectutis dicit factum est
cor meum tamquam cera et sub-
dit in [illegible] factum autem tamquam
testa virtus mea et Tales v.
in malo indurantur et ab honore
gracie separantur Ideo dicit aruit
tamquam testa virtus mea et lingua autem
mea vel confirmare [illegible] subdit et
lingua mea adhesit faucibus
meis Et sepe in peccatis suis mo-
riuntur ideo subdit et in pulverem
mortis deduxisti me Ideo non
debemus nostram conversionem differre
usque ad mortem quia talis conversio
habet dubitacionem dicit Augustinus in libro
[illegible] omnis fidelis sive vivens sive [illegible]
[illegible] baptizatus ad
horam securus hinc vadit agens
penitenciam ad ultimum reconcilians
si securus hinc vadit ego non
sum securus penitenciam dare possum
securitatem non possum neque dico
dampnabitur sed non dico salvabitur

vis sedubio liberari age primam
ad sanctos et consecratus eris quia
primam egisti eo tempore quo peccare
potuisti Si autem vis age primam quo
peccare non potes peccata te dimise
runt non tu illa Ideo certe eciam
dimitte incertum Ideo autem secundum augustinum
dubitat de penitencia illorum qui in extremis
penitent quia cum quidam penitent tamen
timore pene quidam amore iusticie
eiusdem consideracione utriusque
causa talis in extremis constituti
videant pauci penitere timore
pene quam amore iusticie Ideo
eorum penitencia dubia esse videtur Tamen
non debemus magnam diffidenciam quasi sperare
propter possibilitatem talium ut dicitur
Proverbiorum i. vocavi et renuistis circa
Ego autem in interitu vestro ridebo et sub
sannabo cum vobis quod timebatis adve
nerit Tunc invocabunt me et non
exaudiam mane consurgent et non
invenient me etc. Invenerunt quidam
dampnati deum et non invenerunt Deus
enim est in modo primo in celo per gloriam
in inferno per iusticiam Non potuerunt ergo
ipsum invenire ut miseratorem quia
hoc modo invenitur in mundo necnon
glorificatorem quia hoc modo inve
nitur in celo sed ut iudicem vel vindicato
rem quia hoc modo in inferno in
illorum punicione. Post resurreccionem
in quadruplici tempore est quesitus primo
in mane ab istis mulieribus que
difficili invenerunt primo mane autem
inventus fuerat. Secundo in vespere a duo
bus discipulis euntibus in emaus
qui tarde et difficile invenerunt
vel dicitur eis O stulti et tardi cor
de ad credendum etc. Per vespere autem
senectus accipitur. Tercio in sero

a discipulis congregatis qui du
bitabant credentes ipsum esse spiritum
ut dicitur Luce ultimo. Per sero autem quod
est ultima pars diei mors accipitur
Quarto in nocte a militibus de
custodia deputatis qui numquam eum
invenerunt per noctem autem signatur
obscuritas infidelitatis [s. iiij]
Ite dicite discipulis eius et
petro quia precedet vos in gali
leam. Prima mulier fuit media
inter serpentem et hominem trahens ipsum
ad peccatum. Secunda mulier scilicet virgo beata fuit
media inter deum et hominem humanum
faciens magnam reconciliacionem Iste
autem mulieres fuerunt medie inter
angelos et apostolos annunciantes eis
magnam salvacionem Iam non potest ergo
homo congrue de muliere quia
si prima dampnaverit secunda salvat
tercia annunciat. Si prima fuit in
mortis nuncia secunda fuit ea vite tercia
nunciatrix salutis et vite Et ideo
angelus fecit mulieres istas nun
cias ab ipsis dicens Ite dicite
discipulis eius et petro etc. Certe
autem ipsam resurreccionem digne cum
celebrare possumus scilicet voluntate
puritatem et integritatem veritatis
primo utique proponit voluntas quia
die tercia et nos saltem die
tercia resurgamus Tres dies sunt
delectacio consensus et opus Qui
ergo non resurgit a delectacione vel
consensu saltem resurgat ab opere
et hoc est resurgere die tercia. Quarta
dies est comprehendo et absque ea
difficultate resurgitur Istud figuratur
in tribus mortuis quos christus re
suscitavit Nam difficili resuscitat

puellam in domo ut habetur Matthei ix
de qua(li) suscitauit adolescentem
delatum extra domum ut habetur Luce vii
lazarum autem quatriduanum cum diffi
cultate suscitare voluit scilicet cum con
turbacione cum ore cum lacrima
cione cum clamore ut habetur Johannis
xi. Tunc mortuus est in domo quando
peccatum adhuc est in animo aut per delecta
cionem aut per consensum. Tunc mor
tuus defunctus extra domum quando peccatum
eius in actu exit tales ergo de facili
suscitantur. Tunc mortuus est
quatriduanus quando prolongatur con
suetudinem in peccato est inveteratus
tales vix aut numquam suscitantur nisi
deus manum suam porrigat apponat
2o Secundo ponitur vita in corpore scilicet vita
animali aut humano vita vivunt duo
sunt signa scilicet sensus et motus Spiritus
quando coniungitur corpori aliquando quantum ad
motum scilicet non quantum ad sensum sicut quando
spiritus bonus vel malus aliquorum
assumit quod est illi corpori quantum
ad motum quia movetur ipsum de loco
ad locum et movet membra ipsius
corporis sed non quantum ad sensum quia
illud corpus non videt nec audit nec
adorat nec sapit nec sentit et
ideo illud corpus non est vivum Aliquando
coniungitur quantum ad sensum et non quantum
ad motum sicut dicit Augustinus spiritus
mali sunt coniuncti igni infernali
non dantes igni motum sed reci
pientes ab illo igne sensum tale
corpus scilicet non est vivum Aliquando
coniungitur quantum ad motum et ad sensum sicut
anima coniuncta est corpori organico

quod quando movet ad operaciones suas
et in eo sentit per sensus corpore
os et tale corpus est vivum Cor
pus aliud corpus quod omnino caret
sensu et motu sicut lapis qui nec
sentit nec per se movetur nisi ab
alio moveatur Christus ergo eidem
corpori suo vere vivebat quia
spiritus suus coniunctus erat corpori
quantum ad motum quia movebat
ipsum modo usque ad monumentum appa
rendo mulieribus modo usque in
castello emaus modo usque ad di
scipulos clausos in ierusalem modo
de ierusalem in galilea modo de gali
lea usque ad montem oliveti modo
de monte oliveti usque ad celum Con
iunctus eciam erat quantum ad sensum
quia videbat audiebat et comede
bat In comestione tria quatuor
sunt scilicet masticacio traiectio dige
stio et incorporacio quantum ad ista quatuor
Christus ante passionem vere comede
bat post resurrectionem comedebat
tantum quantum ad prima duo quia et
cibum masticabat et traiciebat
in corpus sed non quantum ad duo se
quencia quia nec cibum in stomacho
digerebat nec ad membra deri
vabat Cibus ergo de illo cibo fie
bat potest dici quod virtute divinitatis
consumebatur Sicut aqua missa in
ignem consumitur absque residuo
Glosa Luce ultimo manducavit
potestate non necessitate. Aliter enim absor
bet aquam terra sitiens aliter radius
solis calidus illa indigencia iste
potestate. Dicit quis ergo vile fuit vere
caput sit reprehendendus [illegible]

viuat videat si habeat speciem
et motum Sunt enim qui habent speciem
id est fidem recte credendo sentientes sed
non habent motum scilicet per bona opera quia
carentes sicut sunt mali christiani
isti nec sunt viui sed mortui secundum quod
dicitur Jacobi ii fides sine operibus mor-
tua est Alij sunt qui non habent speciem
quia recte non senciunt videntur tamen
habere motum quia aliquid de genere bonorum
faciunt sicut heretici isti eciam sunt
mortui quamuis videantur viui Apocalipsis
iii Scio opera tua quia nomen habes
quod viuas et mortuus es Alij sunt
qui habent speciem fidei recte et motum opera-
cionis bone sicut christiani isti vere
semper viuunt et viuunt Christo Titum ii Sobrie
pie et iuste viuamus in hoc seculo Isti
enim viuunt pye quantum ad deum Sobrie
quantum ad seipsos et iuste quantum ad pro-
ximos Alij sunt qui nec habent speciem
nec motum sicut plerique qui solo nomine
dicuntur christiani qui nec defunctam vitam fi-
dem habent nec per bona opera se
mouent Similes sunt lapidibus et
statuis qui nec senciunt nec se mo-
uent per similitudinem [illegible] argento
[illegible] [illegible] [illegible] parent
quia vtrum [illegible] inuenitur aliquid
quod viuus separat mortuum sicut
patet [illegible] ut habetur [illegible]
[illegible] aliquid mortuus separat mor-
tuum sicut corpus Helizei separa-
uit quendam defunctum in sepulcro
suo positum ut habetur iiii Regum xiii Sed
numquam inuenitur quod aliquis separet
sepultum Christus autem viuus separauit
mortuum sicut Lazarum mortuus
separauit mortuos quia in sua
passione multa corpora sanctorum que
dormierant surrexerunt et mor-

tuus separauit sepultum scilicet illud
Jo ii Soluite templum hoc et in
tribus diebus suscitabo illud
Per hoc datur intelligi quod isti viri qui
sunt viui possunt separare mor-
tuos in penis mortui autem non se
nec alios separare possunt Si enim
carbones viui ponantur ad viuos
multo se amplius inflammant
Si autem carbones viui ponantur
ad mortuos eos accendunt et
viuificant Si autem mortui po-
nantur ad mortuos amplius se
extinguunt Nam si boni mo-
rantur ad bonos in amore dei am-
plius se inflammant vnus enim
ab alio discit pacienciam ab alio
temperanciam ab alio pietatem ab
alio humilitatem et cetera [illegible]
[illegible] [illegible] et homo [illegible]
[illegible] [illegible] Si non boni
morantur ad malos ipsos sepe
viuificant et inflammant modo
per sancta verba modo per sancta [illegible]
modo per sancta [illegible] modo per sancta
desideria per carbones accensi
sunt ab eis quod dixi Si esurierit
inimicus tuus ciba illum si sitit
potum da illi hoc enim faciens
carbones congeres super caput
eius Inimicus enim est peccator
[illegible] peccator quod tunc pascimus
quando sancta doctrina ipsum reficimus
tunc potamus quando pro eo oraciones
[illegible] [illegible] sibi [illegible]
et carbones super caput eius
congerimus quando ipsum in dei amore
accendimus Si autem mali mo-
rantur ad malos tunc amplius

se depurant Osee in sanguis
sanguinem tetigit quod vivus peccatum
aliud inficit Quarto surrexit inte-
graliter quia de puncta enim mea nichil
in eo fuit quod non glorificatum fuit
sic et nos integraliter resurgamus ut
nichil in nobis remaneat quod a peccato
non resurgat In homine quidem
sunt potentia intellectiva memora-
tiva affectiva et operativa Sunt
ergo quidam qui intelligentiam intelle-
ctivam dant deo memorativam peccato
affectivam mundo et operativam diabolo
In talibus tres partes sunt mor-
tue quarta vivit et ideo intellec-
tualiter non resurgunt vivunt enim
quantum ad intellectivam quia per eam
dant deo per fidem totaliter etiam
vivunt demones Jac ii Tu
credis quod deus unus est et
benefacis et demones credunt
et contremiscunt Sunt enim mor-
tui quia memorativam dant
peccato de aliis in mundo et in
viis carnalibus sepius memo-
rando Sunt similes illis qui di-
xerunt Num xi Recordamur pi-
scium quos comedebamus in egyp-
to in mentem nobis veniunt cucu-
meres et pepones porri et cepe et
alea affectivam etiam dant
mundo amantes divitias delici-
as et honores Contra quos dicitur i
Jo ii Nolite diligere mundum neque
ea que in mundo sunt Opera-
tivam etiam dant diabolo quia fa-
ciunt opera diaboli sibi placita et
grata Jo viii vos facitis opera
patris vestri ille homicida erat
ab initio et etiam in veritate non
stetit quia veritas in eo non

est cum loquitur mendacium ex propriis
loquitur etc Sapie ii Invidia
diaboli mors intravit in orbem
terrarum Job xli Ipse est rex super
omnes filios superbie Ex quibus
verbis habetur quod opera diaboli sunt
accidia invidia dicit mundus
et superbia etc qui talia opera agunt
opera diaboli faciunt ut ergo homo
intellectualiter resurgat oportet quod
deo totum cor suum tribuat ut
sic vivat in intellectiva in deum videat
credendo vivat in memorativa
Christi passionem et dei beneficia me-
morie retinendo vivat in affectiva
deum super omnia diligendo vivat
in opera pietatis opera faciendo
et sic integraliter resurgent
in esset fero
Dic illo una sabbatorum
et fores essent clause etc Jo xx
post passionem Christi discipuli
remanserunt in multo errore
iuxta illud Jo xvi plorabitis
et flebitis vos etc vnd amatur
tristes erant discipuli de nece
sui domini in multo timore Ideo
tenebant fores clausas propter
metum iudeorum In multo errore
quia Christum redemptorem amplius
non sperabant unde dixit unus
ex eis Luce ult Nos autem spera-
bamus quod redempturus esset
Israel Dominus Jesus resurgens eis
apparens mestos letificavit
Jo xvi Iterum autem videbo vos
et gaudebit cor vestrum Timi-
dos confortavit Luce ult No-
lite timere ego sum Errantes
illuminavit cum apparuit illis

sensum ut intelligerent scripturas
In hac cl° tria ponuntur primo
qualiter mestos letificavit quando inter
eos venit xpistus et stetit in medio
eorum Et sequitur Gavisi sunt di-
scipuli viso domino etc. Et in ipso
die resurrectionis quinquies apparuit illis
quia s. maxime tribulati erant
et consolacione proprie indige-
bant Nam primo apparuit magdale-
ne que se fletibus macerabat
ut habetur Jo xx Secundo ipsis aliis
mariis que ~~amice~~ anxie multum
erant ut habetur Mt ult Tercio pe-
tro qui post negacionem in tribula-
cione fuit ut habetur Luc ult ubi
ait apparuit Simoni nec legitur ubi
forte tunc quando ad monumentum cu-
currit ut habetur eciam in hist. schol.
legitur quod petrus primo quando xpistum
negaverat in quadam fovea que
galli cantus dicitur fugit et ibi per
tres dies in lacrimis fuit et ibi
forte sibi apparuit Quarto
duobus discipulis euntibus in
emaus qui multum tristes erant
ut habetur ibidem Quinto discipulis con-
gregatis in multo timore positis
ut habetur hic Hec due ergo prime et
due ultime apparaciones fue-
runt manifeste media vero eas
qua s. apparuit petro fuit occul-
ta Hec reperitur circa sacer-
dos in missa qui quinquies se
populo manifestat ita tamen quod due
prime et due ultime manifestacio-
nes fiunt voce alta media vero
fit voce submissa in silencio

tamen hodie thome apparuit qui in er-
rore erat in quo magis quam pe-
trus demoratur qui post viii solo
venit Circa Considera domi-
toris clemenciam qualiter cum vna
[illegible] sequens [illegible]
et accedit [illegible] vnum [illegible]
vz quod xpistus habet dixit post passionem
non tamen compassionem Et tamen hono-
res tria mala inducere consue-
vit primo oblivionem sicut legitur Gen
xl quod pincerna succedentibus
prosperis suis oblitus est interpretis
sui Secundo elacionem Sicut plerumque
si ad regiminis culmen quis erigitur
in elacionem protinus permutatur unde
saul qui indignum se conside-
rans mox ut regni gubernacula
suscepit intumuit Tercio morum
mutacionem unde dicitur quod honores
mutant mores qui enim habe-
bant mores mansuetos mu-
tant hic in pompaticos Quarto
in compassione de hys duobus
Amos vi Optimates capita
populorum ingredientes pompati-
ce domum israel et nichil com-
paciebantur super contricione
domus ioseph xpistus autem exalta-
tus ut supra fuit oblitus sed
eos benigne visitavit nec
super eos elatus sed eos fratres
appellavit Jo xx vado ad
fratres meos etc. Nec in mo-
ribus immutatus sed humili-
ter cum eis comedit et bibit nec
durus sed compassibilis fuit
Ideo discipulos de timore

et merore positos visitavit et dulciter
consolatus est Secundo ponit qualiter
timidos confortavit quod quidem multipliciter
fecit primo exhibendo verbum conso
latorium cum dixit pax vobis Jo xx Ecce
xvi in Nomine ardorem refrigera
bit vos Sic verbum melius quam dare
Et pacem ter tribus vicibus pax
vobis i. iucundum quod triplex est pax nobis
pax data s. temporis pectoris eternitatis
Unde episcopus in missa pontificali
ter pacem nominat s. prima vice nominat
eam vertendo se ad populum quia pax
temporis alia datur ministerio priorum virorum
Secunda vice non se vertendo quia pax
pectoris non acquiritur tumultibus populi
in ministrando se sibi soli vacan
do Tercia vice ad totum clerum canitur
quia pax eterna habetur ab omnibus depre
catur Secundo confortavit eos osten
dendo grande signum cum dicit ostendit
eis manus et pedes licet ulterius aput
tu ii. milites dicunt debet quia rege
fortem Simoni videret se discipuli
multum adhuc debebant viden
tes xpm cum forte dimisisse et
vicisse quibus sed est fructus in
amando videat latus et vulnus cor
perforatum et inflamabitur ad amo
rem Cant viii pone me sicut
signaculum super cor tuum Et qui est
tepidus a operando videat ma
nus perforatas et mutabitur ad
laborem ysa xlix Ecce in ma
nibus meis descripsi te Si est
infirmus in adversa patiendo videat
et pedes eius perforatos et ala
bitur ad supportacionem pedibus demon
strat pes tuus in sanguine Tercio
eos confortavit promittendo gaudium

auxilium cum dixit Sicut misit
me pater et ego mitto vos i. Sicut
misit me pater ad paciendum
unde ff meum sunt Jo viii Qui
me misit mecum est Sic ego ad
paciendum vos mitto et semper
vobiscum ero Ut ubi Ecce ego
vobiscum sum omnibus diebus et
ps Cum ipso sum in tribulacione
Deus ii. tribulaciones tuas
supportat et dicit cum ipso sum
in tribulacione et dicit Eripiam
eum et quod plus est remunerat ut dicit
glorificabo eum Quarto eos con
fortavit dando gaudium solacium
cum dixit accipite spiritum sanctum vos
s. consolando consolatorem eum
vocatur paraclitus i. consolator
ps Secundum multitudinem dolorum
meorum in corde meo multo magis
consolaciones tue supra tri
bulaciones quod in luca pucto
ysa liv ad punctum in modico
dereliqui te et in miseracionibus
magnis congregabo te in
momento in indignacionibus
abscondi faciem tuam meam parum
per a te Et in misericordia sempiterna misertus
sum tui Sextum patet per hoc quod dicit
dum quod dum xl horas iacuit
mortuus quod fuit tristicie et xl
diebus resurgens cum discipulis
mansit quod fuit leticie Et in isto
dicit ysa lxi ut predicarem annum
placabilem domino et diem ulci
onis deo nostro Ecce pro die ulci
onis reddit annum placacionis
Quinto eos confortavit dando
super hoc vicem gaudium donum cum
dicit quorum remiseritis peccata

etc. Sicut si aliquis rex mittens
aliquem precipiens det ei potestatem
in eandem mittendi et liberandi sic
Christus dicit discipulis quorum remiseritis
peccata etc. Gregorius. Ecce non solum de
semetipsis securi sed et principatum
superni iudicii sortiuntur ut vice dei
quibusdam peccata retineant quibusdam
relaxent horum locum tenent episcopi
grandis honor est sed gravi pondere
honoris dignitas quippe est utique
nescit tenere moderamina proprie vi-
te iudex aliene vite non fiat. Crisostomus.
Sacerdos qui spiritualem bene dispensaverit
vitam aliorum non non cum diligencia
curam habet cum periculosis in gehe-
nnam vadit. Quarto eos confir-
mat promittendo gaudia premium
cum dixit beati qui non viderunt
et crediderunt. Unde hic de fide forti
que habet secum caritatem et opera
est necessaria fides ut opera deo sint
accepta. Hebreos xj. Sine fide impossibile
est placere deo. Caritas
est cum fide necessaria ne sit vacua
fides i Corinthiorum xiij. Si habuero
fidem caritatem autem non ha-
buero nichil sum. Opera cum fide
necessaria sunt ne fides sit mortua
Jacobi ij. Fides sine operibus mor-
tua est. Tunc ponitur qualiter
discipulos eronicos in fide con-
firmavit quod quinque fecit per omnes
v. sensus corporis. Primo per auditum
cum dixit pax vobis pacem etiam das
nobis domine ut semper habeamus
verba pacis non dissensionis. Gregorius
de multis dicitur Ecclesiastici xxviij lingua
tercia multos commovit dispersit

illos de gente in gentem. Contin-
git aliud magnum monstrum quod unus
homo habet tres linguas una est
adulacionis que blanditur in fa-
cie. Secunda est detraccionis que mor-
det in absencia. Tercia dissensionis
que seminat iurgia. Omnes iste
lingue essent abscindende. Prima
quia decepit ipsa in psalmo meus
qui te beatum dicunt etc. Secunda quia inflam-
mat unde Sapientia admonet nos
ne cum talibus assidui simus Ecclesiastici
xxxiij ne forte assiduitate in-
famatus imperium peccatis et ma-
lusses non nasci etc. Tercia quia
conturbat Ecclesiastici viij. Calumpnia con-
turbat sapientem. Secundo per visum
cum ostendit eis manus et pedes.
Causa est quod eis credebant ipsum
esse spiritum ideo dixit palpate et
videte etc. Alij credebant ipsum
corpus alienum assumpsisse non
suum ideo dixit videte manus meas
et pedes etc. Alij credebant ipsum
assumpsisse corpus suum sed non verum
sed fantasticum ideo dixit habetis
aliquid quod manducetur etc. Tercio
per olfactum probat quod in eos insuf-
flavit. Et ille erat valde odorife-
rus quia ab illo pectore procede-
bat quod apotheca omnium aromatum
erat. Una erat quasi odor mirre
inspiritualiter procedebat a carne mor-
tificata quasi odor thuris in anima
devota quasi odor bal-
sami in spiritualiter a deitate gloriosa.
Quarto per gustum inspiritualiter quia pisce
asso manducavit et favum mellis.
In favo est cera liquosa et mel
in Christo ideo sunt tres nature
scilicet caro anima deitas. Ille vero

comedunt piscem assum qui delectantur
circa eius carnem circumspectam illi
favum mellis qui delectantur circa
animam eius lucidam veritate
dulcissima. Quarto pertractio ut dicitur
infer digitum tuum huc. mystice dat
nobis formam ut velimus peccatorum more
dimittimus tangi i. reprehendi. Sed
sunt quedam animalia que non permit-
tunt se tangi quia superba sunt
sicut leo, quedam quia yspida sicut
ericius, quedam quia silvestria
sunt sicut lupus. Superbi enim non permit-
tunt se reprehendi propter suam arro-
gantiam. Tales enim videntur pati
illud apostema quod dicitur noli me
tangere. Exo. xix. Omnis qui
tetigit montem morte morietur.
Avari sunt yspidi spinis divi-
tiarum pleni non sustinent reprehen-
di. Ysa. xxiii. Quis spinas tangere
voluit armabitur ferro ligno lan-
ceato. Sed enim quod sit munitus ad
protegendum scilicet lorica ferrea impenetra-
bili, parata ad feriendum scilicet lancea
i. obiurgatione. Sic luxuriosi
non sustinent reprehendi quia sil-
vestres sunt et inutiles post dei
et salutis propter pie | Cor. ii. ...
... quomodo non propter ea ...

Cum Ihesus esset ...

[I]n medio est magna dignatio
quod deus ad servos suos venire
dignatur. Maior quod cum eis commo-
ratur. Jo. xiiii. Ad eum veniemus
et mansionem. Maxima quod cum eis ce-
nat. Apoc. iii. Cenabo cum illo
et ille mecum. Si quis ergo vult re-
cipere deum venientem et manentem

et recipientem se ipsum disponat.
Non enim ad omnes venit nec enim
cum omnibus mansionem facit
nec omnes reficit, sed tantum v. generibus
personarum que in principio evangelii notantur.
Primo venit ad perseverantes quod
notatur cum dicitur Cum esset sero. Sicut
enim per mane principium operis, sic per sero
finis operis intelligitur, et per meridiem
medietas operis. Hora enim serotina
est hora terminationis laboris et re-
cipiende mercedis ut habetur Mat. xx.
Prov. iiii. dicitur. Iustorum semita
quasi lux splendens procedit et
crescit usque ad perfectum diem. Lux
splendens est opus iusti prout
est in inchoatione, lux procedens
prout est in profectione, perfectus dies
prout in consumatione. Ita in lege
preceptum erat ut adeo tota hostia
offeretur scilicet caput, corpus et cauda.
Per caput intelligere possumus iuven-
tutem que est prima etas, per corpus
virilem etatem, per caudam senec-
tutem. Sed sunt quidam qui dant
dyabolo suam iuventutem, illi aufe-
runt de hostia deo caput. Alii
qui dant similiter dyabolo suam virilem
etatem et volunt deo dare solum
senectutem, isti auferunt caput
et corpus et offerunt solum deo
caudam. Nos autem offeramus deo
totam et nostram iuventutem bene
incipiendo et nostram virilem etatem
viriliter prosequendo et nostram senectu-
tem feliciter consumendo. De
unguento Aaron dicitur ps. quod sicut
unguentum in capite quod et per
... per barbam virilis etatis

per oram vestimenti senectus melior
quia virtutem spiritus debet habere in iuve
ntute et virili etate et confirmare in
senectute Secundo venit ad quietos
quod notatur ad dicitur Una sabbatorum Sab
batum id est requies interpretatur Hinc
est quod apostoli receperunt spiritum sanctum
sedentes id est a curis noxiis quiesce
ntes et filii Israel non receperunt
manna nisi postquam mare transi
erunt quia nullus potest recipere inter
nis dulcedinem nisi habeat
mentis quietem Sunt tamen quidam
qui quiescunt mente sed non corpore
sicut servi dei qui carnem suam
crucifigunt mente tamen ad deum quiescunt
ait dominus Invenietis requiem animabus
vestris Istud est sabbatum de quo dicitur
levitici xvi Sabbatum requietionis
est et affligetis animas vestras religi
one perpetua Alii sunt qui quiescunt
corpore sed non mente sicut pauperes ier.
xlviii Requievit in fecibus suis
luce xii Anima mea habes multa
bona requiesce comede et Istud
tale sabbatum a demonibus deri
detur Treno i Viderunt eam hostes
et deriserunt sabbata eius Non in
venit talis homo quietem unde
illud ysa lvii Impii quasi mare
fervens quod quiescere non potest Alii sunt
qui quiescunt mente et corpore sicut
sunt beati ysa xxxii Sedebit populus
meus in pulcritudine pacis et tabernacu
lis fiducie in requie opulenta
Istud est illud sabbatum de quo dicitur
ysa ult. Erit sabbatum ex sabbato
quia ex quiete mentis pervenitur
ad quietem eternitatis Alii sunt

qui nec quiescunt mente nec
corpore sicut dampnati ysa xvij
Item ubi dies alterius die
ac nocte qui non dabunt vobis
requiem Tercio venit ad clau
sos quod notatur ad dicitur Et fores erant
clause [illegible] dominus corpus suum
clausis ianuis introduxit Hec
sunt miracula. Augustinus [illegible] sunt
qui disputant si corpus erat
quod per clausa intrare potuit Si com
prehenditur ratione non est miraculum
ubi deficit racio ibi est fidei edi
ficatio Hec etiam sunt dicenda [illegible]
[illegible] quibus [illegible] et di
cis si per clausa intrant ubi
est corporis moles Ego puto
Si super mare ambulant ubi est
corporis pondus sed fecit illud dominus
tamquam dominus Nunc ergo quia re
surgens desiit esse dominus Hec etiam
attestantur quia corpus erat glorifi
catum cuius natura est ut corpus
non glorificatum sibi resistere non potest
Secundo [illegible] si ianuis clausis
post resurrectionem ad discipulos
intravit qui antea non aperto
utero virginis exivit [illegible] ergo
quod ad clausos venit dicitur moraliter
quod venit ad eos qui portas
suorum sensuum claudunt Specialiter
autem porte oculorum sunt clau
dende quia sunt magis periculose
David enim quia oculos non
clausit in adulterium cecidit [illegible]
has autem portas [illegible] sunt
attendenda Primo ut [illegible]
oculos non figamus Augustinus [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible]
primo quod quidam abbas [illegible]

quendam aprilem in heremo nutritum
in ciuitate duxit et cum quasdam for-
mosas mulieres vidisset et oculos in
eas fixisset interrogauit cuiusmodi
res essent Cui abbas filii angeli
sunt Cum ergo ad monasterium redis-
set ille flens dixit abbati Da
michi unum ex angelis illis
quia animus meus in amorem
eorum exarsit Tunc abbas ad-
monuit ut a spectaculis mulierum
caueret fratres Nam hic inexpertus
qui numquam mulieres viderat quia se-
mel aspexit cito in extra concu-
piscentia exarsit Ergo formo-
sas maxime fugiamus unde legitur
quod paris helenam duxisset prius
quam ad eam videndam pergentes
eius pulcritudinem videntes
operuerunt vultus dicentes fugiamus
etc. Sic nota quod nichil magis nocet
oculis videntis quam alba quam ni-
gram sit magis nocet respicere
ad mulierem pulcram quam fedam
Secundo ut videndo pulcras quas
forte sunt fede minus cogitemus
Sed talia quae lucent vincunt visus
sui subtilitate corpora opaca
penetrare etc. In videndo ergo for-
mosas mulieres lincheos oculos
habeamus ut quam fede sunt intus co-
gitemus quia aliud corpus pulcrum
mulierum quam pulcrum saccus sterco-
ris quod autem turturi posset
si interiora tota videret Sicut in prouerbiis
est anima aliquis eo quod intrinsecus
latet .i. pulcra extrinsecus est et intrinsecus
immunda Quarto ut animum [illegible]

libidinosa aspicit virum probabile
non videtur quod ipse inter virum libidi-
nose aspiciat fumus libidinis ad ocu-
los eius ascendens aerem inficiat
aer infectus similiter inficit oculos
viri et sic infectio ad cor descen-
dit Si enim suo visu specula infi-
cit mulier menstruosa secundum
philosophum non est mirum si aerem infi-
cit mulier libidinosa Sic enim
basiliscus visu igneo aves vo-
lantes occidit sic aspectus mulierum
igne concupiscentie inflammatus animam
inficit Ecclesiastici xxvi fornicatio
mulieris in extollentia oculorum
etc. Fornicatio quasi fortis necatio
quia fortiter necat virum
Quarto venit ad congregationes quam
non? ad dictum ubi erant duo vel tres
congregati etc. Matthei xviii ubi duo
vel tres congregati fuerint
in nomine meo etc. Secundo congregare
non mulieres utilibus aquam? Prima
est quia tales non possunt continuari
[illegible] dei videmus enim quod una
candela cito extinguitur Sed multe
simul iuncte extingui non possunt
Sed enim dei [illegible] sunt
carbones accensi per Carbones
accensi sunt ardentes Sunt lapides
ignei Ezechielis xxviii In medio la-
pidum ignitorum ambulasti sic
ergo [illegible] ignis non melius accen-
ditur quam igne igni applicando
sic servi dei non melius infla-
mantur quam in simul habitando
Et sic carbones mutuo se ac-
cendunt sic illi mutuo se cale-
faciunt et sic continua collisione
lapidum ignis generatur sic ergo

ex mutua cohortacione spus sa
ncti augetur Eccl. iiii Si dormi
erint duo fouebuntur mutuo unus
quo ca. Sa utilitas est quod non
potest unica acceptacione dyab.
videmus n. quod acies multum grandis
unica non potest Sed si quis solus acies
egreditur cito capitur sic est de fidelibus
dei Jnde dicitur Cant. vi Terri
bilis ut castrorum acies etc. Unde
n. thomas didimus victus fuit
quia ab acie apostolorum recessit
dyab n. non vult nisi singulare
certamen Tercia utilitas est quia
non potest frangi per diversa modo
videmus n. quod una virga cito fra
ngitur sed plures in simul frangi non
possunt legitur quod quidam habens tres fili
os dum morti appropinquaret dedit
eis unam virgam et fregerunt et
cu titimo (?) facta fuit dedit eis
duas et vix fregerunt dedit tres
et frangere non potuerunt et ait pater sic
erit de vobis si non diviseritis (?) filii
cito ab inimicis superabimini Si autem
uniti non poteritis separari Eccl. iiii
funiculus triplex difficile rumpitur Quar
ta utilitas est quia quia non
potuerunt seduci a mundo per ipsa
videmus n. quod quamdiu oves sunt
in grege sunt secure Sed si aliqua
separat se cito errat Sic christi
dei ablandimentis mundi de
cipi non possunt tamen quia manu
pastoris i. prelati reguntur et quam
caritate eamdem i. doctrina predica
torum muniuntur et quia omnibus eorum
cum quibus simul fulciuntur Ille
autem qui solus est cito decipitur

unde clamat propheta Erant sic
omnes etc. Quarto venit adtimo
ratos quod notatur cum dicitur propter metum
iudeorum Sed super canticum invitare
dico utilis est efficax ad graciam
promerendam retinendam recuperanda
quasi si eam cum deo invenimus
non ab ea separare sed timore (?) Quo
ad primo valet ad graciam promerendam
quia per hoc dicitur Eccl. i Qui sine
timore est non poterit iustificari
Secundo ad graciam conservandam Eccl.
xxvii Si non in timore domini tenu
eris te instanter cito subvertetur
domus tua Tercio ad graciam perditam
recuperandam recuperatur per sancta desi
deria per sancta suspiria per bona opera
ysa xxvi secundum aliam literam a timore
tuo concepimus et parturivimus et pe
perimus spiritum Concepcio respectu
peccato dum est invenire partus
dum est in dolore mali fetus dum
fetum emisit iterum ergo timore
dei concepimus sancta desideria
parturimus sancta suspiria et parimus
bona opera. Sermo
Infer digitum tuum huc et
vide manus meas etc. Secundum
augustinum triplex est status hominis
primus prout est in vita alius
prout est in morte tercius prout
consideratur post mortem in hoc
triplici statu christus discipulos suos
dilexerat s. in vita sua eis secreta
sua manifestando et amicos
vocando Jo xv vos autem dixi
amicos quia omnia que audivi a patre
m. nota feci vobis In morte sua
ponens animam suam ponendo
ibid maiorem hanc dilectionem

nemo habet ut Et post mor
tem suam eis sepe apparendo pluri-
ma signa amoris ostendit beato
Thome sicut dicetur Tercium quod
sibi non dum ostenderat quia
nondum sibi apparuerat ideo hodie
sibi apparuit tam per visum quam
per tactum eum ad fidem reduxit
dicens Infer digitum tuum huc
etc. Circa istam apparicionem tria no-
tari possunt Unum quod cicatrices vul-
nerum in carne Christus servavit
post resurrectionem alia nunc servat
in celo alia servabit in iudicio
alia post iudicium post resurrectionem re-
servandam eas servavit ut discipu-
lis et in nobis fidem resurrec-
tionis astrueret Glossa ad dubi-
tancium corda. sanandum vulnera
sunt servata vestigia Gregorius in omelia
Egit namque miro modo superna cle-
mencia ut discipulus dubitans
dum in magistro vulnera palparet an-
imis in nobis sanaret vulnera
infidelitatis plus enim nobis
Thome infidelitas ad fidem
quam fides discipulorum profuit
quia dum ille ad fidem palpan-
do reducitur mens nostra omni dubi-
tacione postposita in fide so-
Ipse vero dormiebat Et accesserunt suscitaverunt eum
dicentes Domine salva nos perimus Et dicit eis Quid
timidi estis modice fidei Tunc surgens imperavit ventis
et mari et facta est tranquillitas magna Porro homines
mirati sunt dicentes Qualis est hic quia venti et
mare obediunt ei

Ingrediente domino in naviculam secuti sunt eum disci
puli eius non imbecilles sed firmi et stabiles fide
[illegible] duplici corde [illegible]
[illegible] secuti sunt eum non [illegible] eius [illegible]
[illegible] magna [illegible] eius [illegible]

[illegible]

[illegible]

et ecce tempestas magna facta est in mari ita ut navicula operiretur fluctibus. Cum enim multa magna et miranda ostendisset in terra voluit et ad mare ire ut alia adhuc excellenciora opera demonstraret quod tam in terra quam in mari se dominum existere se esse ostenderet. Ingressus ergo naviculam fecit turbari mare commovit ventos concitavit fluctus. Cum hoc ideo ut discipulos mitteret in timorem et sic eius auxilium postularent et suam quoque potenciam rogantibus manifestaret. Illa tempestas non ex se se [illegible] est sed potestati paruit imperantis eius qui educit ventos de thesauris suis qui tunc mari arenam constituit dixit ei usque huc venies et non supergredieris sed in temetipso confringes fluctus tuos. Hinc ergo iussione excitata est tempestas in mari ut occasiones [illegible] memorabilis facta est tempestas magna non pusilla ut magnum opus non pusillum ostenderetur. Quanto quoque fluctus naviculam vincebant tanto magis timor discipulos conturbabat ut plus magis desperarent ad liberandum se in [illegible] salvatoris.

Ipse vero dormiebat. Ecce mirabilis compendia. Ille qui nunquam obdormivit dormit. Ille qui celum terram et gubernat dormit. Ille qui nunquam dormit neque dormitat [illegible] dormire dicitur. Dormiebat quidem corpore sed vigilabat deitate. Dormiebat corpore sed conturbabat mare erigebat quoque fluctus et apostolos terrebat [illegible] dormiebat corpore [illegible] lassus vel fatigatus [illegible] demonstrans quia vere humanum portabat corpus quod corruptibile induerat. Ipse corpore dormiebat deitate non [illegible] placabat. Dormiebat itaque corpore ut apostolos [illegible] tentaret [illegible]

In illo tempore dixit Ihesus discipulis suis parabolam hanc. Simile factum est regnum celorum homini qui seminavit bonum semen in agro suo. Cum autem dormirent homines venit inimicus eius et

[illegible]

superseminavit zizania in medio tritici et abiit. Cum
autem crevisset herba et fructum fecisset tunc apparue-
runt et zizania. Accedentes autem servi patrisfamilias
dixerunt ei: Domine nonne bonum semen seminasti in
agro tuo? Unde ergo habet zizania? Et ait illis: Inimi-
cus homo hoc fecit. Servi autem dixerunt ei: Vis imus
et colligimus ea? Et ait: Non, ne forte colligentes
zizania eradicetis simul cum eis triticum. Sinite utraque
crescere usque ad messem, et in tempore messis dicam mes-
soribus: Colligite primum zizania et alligate ea
fasciculos ad comburendum; triticum autem
congregate in horreum meum.

[illegible]

Iter turbam ihesus domum venit et accedunt ad eum discipuli interrogant ... ut plus intellectum audire ut ponit ... [illegible] ... tunc vidit in domum et accesserunt ad eum discipuli eius dicentes Edissere nobis parabolam zizaniorum agri. Qui respondens ait Qui seminat bonum semen est filius hominis [illegible] ager autem est mundus [illegible] bonum vero semen filii regni zizania filii sunt nequam. Inimicus autem qui seminavit ea est diabolus. Messis consummatio mundi messores autem angeli

[illegible] parabola [illegible] ad zizania [illegible] filios regni [illegible] ... [illegible] ...

[illegible] ...

In illo tempore dixit ihesus discipulis suis parabolam hanc

Simile est regnum celorum homini patrifamilias qui exiit primo mane conducere operarios in vineam suam. Conventione autem facta cum operariis ex denario diurno

[illegible]

Misit eos in vineam suam / Et egressus circa horam

tertiam vidit alios stantes in foro ociosos et illis dixit

Ite vos in vineam meam et quod iustum fuerit dabo vobis

Illi autem abierunt / Iterum autem exiit circa horam sextam

et nonam horam et fecit similiter / Circa undecimam vero exiit

et invenit alios stantes et dicit illis Quid hic statis

tota die ociosi / Dicunt ei / Quia nemo nos conduxit

Dicit illis / Ite vos in vineam meam / Cum sero autem

factum esset dicit dominus vinee procuratori suo / Voca operarios

et redde illis mercedem incipiens a novissimis usque

ad primos / Cum ergo venissent qui circa undecimam horam

venerant acceperunt singulos denarios / Venientes

autem et primi arbitrati sunt quod plus essent

accepturi / Acceperunt autem et ipsi singulos denarios

[illegible]

et accipientes murmurabant adversus patremfamilias

[illegible]

dicentes: Hy novissimi una hora fecerunt et pares

[illegible]

illos nobis fecisti qui portavimus pondus diei

et estus. At ille respondens uni eorum dixit: Amice non

[illegible]

facio tibi iniuriam: nonne ex denario convenisti mecum?

[illegible]

Tolle quod tuum est et vade. Volo autem et huic

[illegible]

novissimo dare sicut et tibi. Aut non licet mihi quod volo

[illegible]

facere? An oculus tuus nequam est quia ego bonus

[illegible]

sum? Sic erunt novissimi primi et primi novissimi. Multi

[illegible]

enim sunt vocati, pauci vero electi.

In explanacione sua multa ad loquendum [illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible] ... parabole ...

usque ad nonc hora ut tertia a noe usque ad abraham sexta quoque ab abraham usque ad moysen nona a moyse usque ad adventum domini vndecima vero ab adventu domini usque ad finem mundi in qua predicatores sancti apostoli missi sunt qui mercedem plenam unde penitentes acceperunt. Erudiendo ergo domini plebem suam qui ad excolendam vineam suam nullo tempore destitit operarios mittere quia prius per patres et postmodum per legis doctores et prophetas et ad ultimum vero per apostolos domini plebis sue mores excoluit. Quasi operarios in vinee cultura laboravit quia in quolibet modulo vel mensura qui quis cum fide recta bone actionis extitit huius vinee operarius fuit. Operarius ergo mane hora tertia sexta et nona antiquus ille et ebraicus populus designatur qui in electis suis ab ipso mundi exordio domino recta fide dum studuit colere quasi non destitit in vinee cultura ad laborare. Ad undecimam vero gentiles vocantur quibus dicitur Quid hic statis tota die ociosi. Qui enim transacto tam longo mundi tempore pro vita sua laborare neglexerant [illegible]

In illo tempore cum plurima turba conveniret et de civitatibus properaret ad Ihesum dixit per similitudinem.

Exiit qui seminat seminare semen suum. Et dum seminat aliud cecidit secus viam et conculcatum est et volucres celi comederunt illud. Et aliud cecidit supra petram et natum aruit quia non habebat humorem. Et aliud cecidit inter spinas et simul exorte spine suffocaverunt illud. Et aliud cecidit in terram bonam et ortum fecit fructum centuplum. Hec dicens ...

[illegible] ... aliud cecidit ... [illegible]

[illegible]

Clamabat. Qui habet aures audiendi audiat. Interrogabant

autem eum discipuli eius que esset hec parabola. Quibus ipse

dixit. Vobis datum est nosse misterium regni dei, ceteris autem in

parabolis ut videntes non videant et audientes non intelligant.

Est autem parabola. Semen est verbum dei. Qui autem secus viam

hii sunt qui audiunt, deinde venit dyabolus et tollit verbum de

corde eorum ne credentes salvi fiant. Nam qui supra petram

qui cum audierint cum gaudio suscipiunt verbum et hii radices

non habent quia ad tempus credunt et in tempore temptacionis re-

cedunt. Quod autem in spinis cecidit hii sunt qui audierunt

et a sollicitudinibus et diviciis et voluptatibus vite euntes

suffocantur et non referunt fructum. Quod autem in terram bonam hii

sunt qui in corde bono et optimo audientes verbum re-

tinent et fructum afferunt in paciencia.

Lectio sancti evangelii quam modo fratres karissimi audistis exposicione

non indiget sed ammonicione. Quam enim per semetipsam veritas

exposuit hanc discutere humana fragilitas non presumit. Sed est

quod solliciter in hac ipsa exposicione dominica pensare debeatis.

Quia si nos vobis semen verbum agrum mundum volucres demones

[illegible]

[illegible]

Spinas divicias significare debemus ad credendum nobis
forsitan mens vestra dubitaret unde et idem dominus per semet-
ipsum dignatus est exponere quod dicebat ut sciatis rerum significationes
querere in hiis que per semetipsum noluit explanare
Respondendo vero quod dominus dixit figurate se loqui voluit quasi
certos nos redderet ad vobis verba singularia verborum illius
figuras apperire. Quis enim umquam crederet si spinas divicias
interpretari voluissem maxime cum ille pungant iste delec-
tent. Et tamen spine sunt quia cogitacionum suarum punccionibus
mentem lacerant. Et cum usque ad peccatum pertrahunt quasi inflicto
vulnere cruentant. Quas bene hoc in loco alio ewangelista testante
dominus non simpliciter divicias sed fallaces divicias appellat.
Fallaces enim sunt que nobiscum diu permanere non possunt fallaces
sunt que mentis nostre inopiam non expellunt. Sole autem divicie
vere sunt que nos virtutibus divites faciunt.
Si ergo fratres karissimi divites esse cupitis veras divicias ama-
te. Si culmen veri honoris queritis ad celeste regnum con-
tendite. Si gloriam dignitatum diligitis in illa superna angelorum
curia ascribi festinate. Verba dei que aure percipitis mente
retinete. Cibus enim mentis est sermo dei et quasi acceptus
cibus stomacho languente reicitur quando auditus sermo in ven-
tre memorie non tenetur. Sed quisquis alimenta non re-
tinet huius profecto vita desperatur. Extreme ergo mortis periculum
formidate si cibum quem sed exhortacionis accipitis si
verba vite id est alimenta iusticie in memoria non tenetis. Ecce
transit omne quod agitis et ad extremum iudicium sine ulla
intermissione cotidie volentes nolentesque pro-
peratis

dominica in l. secundum lucam xviii

In illo tempore assumpsit Jhesus xii discipulos suos
et ait illis Ecce ascendimus Jerosolimam et
consummabuntur omnia que scripta sunt per prophetas
de filio hominis. Tradetur enim gentibus et illudetur

[illegible]

flagellabunt et conspuent et postquam flagellaverint occi-
dent eum et die tertia resurget. Et ipsi nichil horum intel-
lexerunt et erat verbum istud absconditum ab eis et non intel-
ligebant que dicebantur. Factum est autem cum appropinquaret Ie-
richo cecus quidam sedebat secus viam mendicans.
Et cum audiret turbam pretereuntem interrogabat quid hoc
esset. Dixerunt autem ei quod Ihesus Nazarenus transiret. Et cla-
mavit dicens Ihesu fili David miserere mei. Et qui preibant
increpabant eum ut taceret. Ipse vero multo magis cla-
mabat fili David miserere mei. Stans autem Ihesus iussit
illum adduci ad se. Et cum appropinquasset interrogavit illum
dicens quid vis faciam. At ille dixit domine ut videam.
Et Ihesus dixit illi respice fides tua te salvum fecit. Et
confestim vidit et sequebatur illum magnificans Deum.
Et omnis plebs ut vidit dedit laudem Deo.

[illegible marginal and upper glosses]

Redemptor noster previdens ex passione sua [marginal note: ... 14]

sua discipulorum animos perturbandos eis longe ante tempus passionis penam et gloriam resurrectionis sue predicit ut cum morientem sicut predictum est cernerent etiam resurrecturum non dubitarent Sed quia carnales adhuc discipuli nullo modo capere valebant verba misterii venitur ad miraculum ante eorum oculos cecus lumen recepit ut qui celestis misterii verba non caperent eos ad fidem celestia facta solidaret Sed miracula domini et salvatoris nostri sic accipienda sunt fratres mei ut et in veritate credantur facta et tamen per significationem nobis aliquid innuant Opera quippe eius et per potentiam aliud ostendunt et per misterium aliud loquuntur

Ecce quis iuxta historiam cecus iste fuerit ignoramus sed tamen quid per misterium significet novimus Cecus quippe est genus humanum quod in parente primo a paradisi gaudiis expulsum claritatem superne lucis ignorans dampnacionis sue tenebras patitur sed tamen per redemptoris sui presenciam illuminatur ut interne lucis gaudia iam per desiderium videat atque in viam vite boni operis gressus ponat Notandum est quod cum Ihesus iericho appropinquare dicitur cecus illuminatur Iericho quippe interpretatur luna. luna autem in sacro eloquio pro defectu carnis ponitur quia dum menstruis momentis decrescit defectum nostre mortalitatis designat

Dum igitur conditor noster appropinquat iericho cecus ad lumen redit quia dum divinitas defectum nostre carnis suscepit humanum genus lumen quod amiserat recepit Unde et per hoc quod deus humana patitur inde homo ad divina sublevatur Qui videlicet cecus recte iuxta viam sedere describitur ipsa enim veritas dicit Ego sum via Qui ergo eterne lucis claritatem nescit cecus est Sed si iam in redemptorem credit iuxta viam sedet Si autem iam credit sed ut eternam lucem recipiat rogare dissimulat atque a precibus cessat cecus quidem iuxta viam sedet sed minime mendicat Si vero credit et oravit iuxta viam sedet cecus et mendicat

[illegible interlinear glosses]

In illo tempore Ductus est Ihesus in desertum a spiritu ut temptaretur a diabolo Et cum ieiunasset xl^(a) diebus et xl^(a) noctibus postea esuriit Et accedens temptator dixit ei Si filius dei es dic

[illegible interlinear and marginal glosses]

[illegible]

ut lapides isti panes fiant. Qui respondens dixit: Scriptum est

[illegible]

Non in solo pane vivit homo, sed in omni verbo quod procedit de

[illegible]

ore dei. Tunc assumpsit eum dyabolus in sanctam civitatem

[illegible]

et statuit eum super pinnaculum templi. Et dixit ei: Si filius

[illegible]

dei es, mitte te deorsum. Scriptum est enim quia angelis

[illegible]

suis mandavit de te, et in manibus tollent te, ne forte

[illegible]

offendas ad lapidem pedem tuum. Ait illi Ihesus rursum:

[illegible]

Scriptum est: non temptabis dominum deum tuum. Iterum assumpsit

[illegible]

eum dyabolus in montem excelsum valde, et ostendit ei omnia

[illegible]

regna mundi, et gloriam eorum, et dixit illi: Hec omnia tibi dabo

[illegible]

si cadens adoraveris me. Tunc dixit ei Ihesus: vade Sa-

[illegible]

thana. Scriptum est: dominum deum tuum adorabis et illi soli

[illegible]

servies. Tunc reliquit eum dyabolus, et ecce angeli accesserunt

[illegible]

[illegible]

Et ministrabant ei

Dubitari a quibusdam solet a quo spiritu sit Ihesus ductus in desertum propter hoc quod subditur Assumpsit eum diabolus in sanctam civitatem Et rursum assumpsit eum in montem excelsum valde Sed vere et absque ulla questione convenienter accipitur ut a spiritu sancto in desertum ductus credatur ut illuc eum suus spiritus duceret ubi hunc ad temptandum spiritus malignus inveniret Sed ecce cum dicitur deus homo vel in excelsum montem vel in sanctam civitatem a diabolo assumptus mens refugit humane aures hoc audire expavescunt Qui tamen non esse incredibilia ista cognoscimus si in illo et alia facta pensamus

Certe iniquorum omnium diabolus caput est et huius capitis membra sunt omnes iniqui An non diaboli membrum fuit Pylatus An non diaboli membra iudei persequentes et milites crucifigentes Christum fuerunt Quid ergo mirum si se permisit ab illo in montem duci qui se pertulit etiam a membris illius crucifigi Non est ergo indignum redemptori nostro quod temptari voluit qui venerat occidi Iustum quippe erat ut sic temptationes nostras suis temptationibus vinceret sicut mortem nostram venerat sua morte superare

Sciendum autem nobis est quia tribus modis temptatio agitur suggestione delectatione consensu Et nos cum temptamur plerumque in delectationem aut etiam in consensum labimur quia de carnis peccato propagati in nobis ipsis etiam gerimus unde certamina toleramus Deus vero qui in utero virginis incarnatus in mundum sine peccato venerat nichil contradictionis in semetipso tolerabat Temptari ergo per suggestionem potuit sed eius mentem peccati delectatio non momordit Atque ideo omnis diabolica illa temptatio foris non intus fuit [illegible]

[illegible]

In illo tempore egressus Ihesus in partes Tyri et Sydonis

[illegible]

Et ecce mulier Cananea a finibus illis egressa

[illegible]

clamavit dicens Miserere mei domine fili David filia

[illegible]

mea male a demonio vexatur Qui non respondit ei verbum

[illegible]

[illegible]

Et accedentes discipuli eius rogabant eum dicentes

Dimitte eam quia clamat post nos. Ipse autem respondens

ait non sum missus nisi ad oves que perierunt domus

Israel. At illa venit et adoravit eum dicens: Domine adiuva

me. Qui respondens ait: Non est bonum sumere panem fi-

liorum et mittere canibus. At illa dixit: Etiam domine. Nam et

catelli edunt de micis que cadunt de mensa dominorum suorum.

Tunc respondens Ihesus ait illi: O mulier magna est fides

tua; fiat tibi sicut vis. Et sanata est filia eius ex illa hora.

Ecce mulier Chananea [illegible]

caput peccati, arma diaboli, expulsio paradisi, mater delicti, cor-

ruptio legis antique, veniebat ad dominum Ihesum. [illegible] negarent, [illegible]

fugiunt, Chananea sequitur; domestica delinquunt, alienigene [illegible]

Et ecce [illegible] cherubim eius aspectum timent in celo, angeli [illegible]

in excelsis, mulier non veretur [illegible] sed loquitur cum eo [illegible]

sed timor superatur fiducia [illegible]

[illegible] est, ut et ego audeam ei loqui [illegible] ad

[illegible] non vocaret magos, non [illegible]

[illegible] non [illegible]

[illegible] venit ad dominum Ihesum [illegible] salvatorem

Ecce mulier non rogat [illegible]

potius non repellatur, apostolorum [illegible] quesivit mediatorum [illegible]

precibus illius accepit [illegible] advocati locum suppleuit.

[illegible]

[illegible]

... sic adsumus fontem pietatis precit dicens/ Miserere mei/ Non est in manibus meis bonum non est michi degustacione sedula adiuvans ... Miserere mei miserere mei ... parentis ... malorum cottidie creaturas meos video ... in domo sedere non possum quia misericors est ... sanguineo ... ora spumantia ... et illarum ad clamore loquentem ... non videt ei ullum ... rogat ... deflet ... Augustinum ... curavit passionem ... amator ... medicus ... admirabile ... medici sapiam non videt ei ullum quia fidem illius amplius ... conturbat

In illo tempore Erat ihesus eiciens

demonium et illud erat mutum Et cum eiecisset demo

nium locutus est mutus et admirate sunt turbe Quidam autem

ex eis dixerunt In beelzebub principe demoniorum eicit de

monia Et alii temptantes signum de celo querebant ab eo

Ipse autem ut vidit cogitaciones eorum dixit eis Omne regnum

in se ipsum divisum desolabitur et domus supra domum cadet

Si autem et sathanas in se ipsum divisus est quomodo stabit regnum

[illegible]

[illegible]

ipsius. Quia dicitis in beelzebub eicere me demonia/ Si
autem ego in beelzebub eicio demonia filii vestri in quo
eiciunt ideo ipsi iudices vestri erunt/ Porro si in digito dei
eicio demonia profecto pervenit in vos regnum dei. Cum
fortis armatus custodit atrium suum in pace sunt omnia que
possidet. Si autem fortior illo superveniens vicerit eum universa
arma eius auferet in quibus confidebat et spolia eius
distribuet. Qui non est mecum adversum me est. Et qui
non colligit mecum dispergit. Cum immundus spiritus exierit
ab homine ambulat per loca inaquosa querens requiem
Et non inveniens dicit revertar in domum meam unde exivi. Et
cum venerit invenit scopis mundatam et ornatam tunc vadit et
assumit septem alios spiritus secum nequiores se et ingressi
habitant ibi. Et fiunt novissima hominis illius peiora prioribus

[illegible]

[illegible: six lines of commentary in a cursive hand in the upper margin]

[illegible: interlinear and marginal glosses]

Factum est autem cum hec diceret extollens vocem quedam mulier de turba dixit illi: Beatus venter qui te portavit et ubera que suxisti. At ille dixit: Quinimmo beati qui audiunt verbum dei et custodiunt illud.

Demoniacus iste apud matheum non solum mutus sed et cecus fuisse narratur, curatusque dicitur a domino ita ut loqueretur et videret. Tria ergo signa simul in uno homine perpetrata sunt: cecus videt, mutus loquitur, possessus a demone liberatur. Quod et tunc quidem carnaliter factum est, sed cotidie completur in conversione credencium, ut expulso primum demone fidei lumen aspiciunt, deinde ad laudem dei taciturna prius ora laxentur.

Quidam autem ex eis dixerunt: In beelzebub principe demoniorum eicit demonia. Non hec alii verba sed pharisei calumpniantes dicebant et scribe sicut alii evangeliste testantur. Turbis quippe que minus erudite videbantur domini semper mirantibus facta, illi vel negare que nequiverant studuerunt vel sinistra interpretacione pervertere laborabant, quasi non divinitatis sed inmundi spiritus opera fuissent, id est beelzebub, qui deus erat accaron. Beelzebub autem vir muscarum sive habens muscas interpretatur, ob sordes immolaticii cruoris ex cuius spurcissimo ritu vel nomine principem demoniorum cognominabant.

Et alii temptantes signum de celo querebant ab eo, vel in morem helye ignem de sublimi venire cupiebant, vel in similitudinem samuelis tempore estivo mugire tonitrua, coruscare fulgora, ymbres ruere, quasi non possent illa calumpniari et dicere ex occultis et variis aeris passionibus accidisse. Actu qui calumpniaris ea que oculis vides, manu tenes, utilitate sentis, quid facies de hiis que de celo venerint? Utique respondebis et magos in egypto multa signa fecisse de celo. Ipse autem sciens cogitaciones eorum dixit eis: Omne regnum in se ipsum divisum desolabitur, et domus supra domum cadet. Non ad dicta sed ad cogitata respondit, ut vel sic compellerentur credere potencie eius qui cordis videbat occulta.

In illo tempore abiit ihesus trans mare galilee quod est tyberiadis et sequebatur eum multitudo

[illegible: interlinear glosses]

[illegible: nine lines of commentary in a cursive hand in the lower margin]

[illegible]

magna quia videbant signa que faciebat super hiis qui in-
firmabantur. Subiit ergo in montem ihesus et ibi sedebat cum
discipulis suis. Erat autem proximum pascha dies festus
iudeorum. Cum sublevasset ergo oculos ihesus et vidisset quia mul-
titudo maxima venit ad eum dicit ad philippum unde eme-
mus panes ut manducent hii. Hoc autem dicebat temptans
eum ipse enim sciebat quid esset facturus. Respondit ei philippus duce-
ntorum denariorum panes non sufficiunt eis ut unusquisque modi-
cum quid accipiat. Dicit ei unus ex discipulis eius andreas
frater symonis petri. Est puer unus hic qui habet quinque
panes ordeaceos et duos pisces sed hec quid sunt inter tan-
tos. Dixit ergo ihesus facite homines discumbere. Erat autem
fenum multum in loco. Discubuerunt ergo viri numero quasi quinque
milia. Accepit ergo ihesus panes et cum gratias egisset
distribuit discumbentibus. Similiter et ex piscibus quantum vo-
lebant. Ut autem impleti sunt dixit discipulis suis

[illegible]

[illegible]

colligite que superaverunt fragmenta ne pereant. Collegerunt ergo
et impleverunt xii cophinos fragmentorum ex quinque panibus
ordeaceis que superfuerunt hiis qui manducaverant. Illi ergo
homines cum vidissent quod fecerat signum dicebant quia hic
est vere propheta qui venturus est in mundum.

Miracula que fecit dominus noster Ihesus Christus sunt quidem divina opera et
ad intelligendum deum de visibilibus admonent humanam mentem.
Neque enim ille talis est qui videri oculis possit et miracula
eius quibus totum mundum regit universamque creaturam administrat
assiduitate viluerunt ita ut pene nemo dignetur attendere opera
dei mira et stupenda in quolibet seminis grano. Secundum ipsam suam misericordiam servavit sibi
quedam que faceret opportuno tempore preter usitatum cursum ordinemque nature
ut non maiora sed insolita videndo stuperent quibus cottidiana
viluerant. Maius quippe miraculum est gubernatio totius
mundi quam saturatio quinque milium hominum de quinque panibus et tamen
hoc nemo miratur. Illud mirantur homines non quia maius est sed quia
rarum est. Quis enim et nunc pascit universum mundum nisi ille qui de
paucis granis segetes creat. Fecit ergo quomodo deus. Unde enim multiplicat
de paucis granis segetes inde in manibus suis multiplicavit quinque
panes. Potestas enim erat in manibus Christi. Panes autem illi quinque quasi
semina erant non quidem terre mandata sed ab eo qui terram fecit multi-
plicata. Hoc ergo admotum est sensibus quo erigeretur mens et
exhibitum oculis ubi exerceretur intellectus ut invisibilem deum per vi-
sibilia opera miraremur et erecti ad fidem etiam ipsum invisibiliter
videre cuperemus quem de rebus visibilibus invisibilem nosceremus. Nec tamen
sufficit hec intueri in miraculis Christi. Interrogemus ipsa miracula quid nobis
loquantur de Christo. Habent enim si intelligantur linguam suam. Nam quia ipse
Christus verbum dei est etiam factum verbi verbum nobis est.

In illo tempore dicebat Ihesus turbis Iudeorum et princi-
pibus sacerdotum. Quis ex vobis arguet me de peccato? Si
veritatem dico quare vos non creditis mihi? Qui est ex deo

[illegible]

verba dei audit propterea vos non auditis quia ex deo non estis

Responderunt ergo iudei et dixerunt nonne bene dicimus nos quia sa-

maritanus es et demonium habes Respondit Jhesus ego demonium

non habeo sed honorifico patrem meum et vos inhonorastis me Ego

autem non quero gloriam meam est qui querat et iudicet Amen amen

dico vobis si quis sermonem meum servaverit mortem non videbit in eternum

Dixerunt ergo iudei nunc cognovimus quia demonium habes Abra-

ham mortuus est et prophete et tu dicis si quis sermonem meum servaverit

mortem non gustabit in eternum Numquid tu maior es patre nostro

abraham qui mortuus est et prophete mortui sunt quem teipsum

facis Respondit Jhesus si ego glorifico meipsum gloria mea nichil

est est pater meus qui glorificat me quem vos dicitis quia

deus vester est et non cognovistis eum ego autem novi eum et si

dixero quia non scio eum ero similis vobis mendax Sed scio eum

et sermonem eius servo Abraham pater vester exultavit ut videret

diem meum et vidit et gavisus est Dixerunt ergo iudei ad

eum quinquaginta annos nondum habes et abraham vidisti

[illegible]

Dixit eis ihesus amen amen dico vobis antequam abraham fieret ego sum. Tulerunt ergo lapides iudei ut iacerent in eum ihesus autem abscondit se et exivit de templo.

Vigilate fratres karissimi magno certamine dei relaxare peccata venialia? dicebat quis ex vobis arguet me de peccato non dedignatur ostendere se peccatorem non esse qui ex virtute divinitatis poterat peccatores iustificare. Sed terribile est valde quod subditur. Qui est ex deo verba dei audit. Propterea vos non auditis quia ex deo non estis. Si ergo ipse verba dei audit qui ex deo est et audire verba dei non potest quisquis ex illo non est interroget se unusquisque si verba dei in aure cordis percipit et intelligit unde sit. Celestem patriam desiderare veritas iubet carnis desideria conterere mundi gloriam declinare aliena non appetere propria largiri precipit. Pensate ergo unusquisque vestrum si hec vox dei in cordis vestri aure convaluit et quia iam ex deo sit agnoscit. Nam sunt nonnulli qui precepta dei nec aure corporis percipere dignantur. Et sunt nonnulli qui hec quidem corporis aure percipiunt sed nullo ea mentis desiderio complectuntur. Et sunt nonnulli qui libenter verba dei suscipiunt ita ut etiam in fletibus compungantur sed post lacrimarum tempus ad iniquitatem redeunt. Hii profecto verba dei non audiunt quia hec opere exercere contempnunt. Vitam ergo fratres vestram ante mentis oculos revocate et alta consideratione pertimescite hoc quod ore veritatis sonat propterea vos non auditis quia ex deo non estis. Sed hoc quod de reprobis veritas loquitur ipsi hoc de semetipsis reprobi suis operibus ostendunt. Nam sequitur. Responderunt ergo iudei et dixerunt ei Nonne bene dicimus nos quia samaritanus es tu et demonium habes. Accepta autem contumelia quid eis respondeat audiamus. Ego demonium non habeo sed honorifico patrem meum et vos inhonorastis me.

In illo tempore Cum appropinquasset ihesus ierosolimis et venisset bethphage ad montem oliveti tunc misit duos discipulos suos dicens eis Ite in castellum quod contra vos est et statim invenietis asinam alligatam et pullum cum ea solvite et adducite michi et si

[illegible]

quod aliquid vobis dixerit dicite quia dominus opus hiis habet

et confestim dimittet vos Hoc autem factum est ut adim

pleretur quod dictum est per prophetam dicentem Dicite filie Syon

Ecce rex tuus venit tibi mansuetus sedens super asinam et

pullum filium subiugalis Euntes autem discipuli fecerunt

sicut precepit illis Jhesus et adduxerunt asinam et pullum et imposuerunt

super eos vestimenta sua et eum desuper sedere fecerunt

Plurima autem turba straverunt vestimenta sua in via alii autem

cedebant ramos de arboribus et sternebant in via Turbe autem

que precedebant et que sequebantur clamabant dicentes Osanna filio David

benedictus qui venit in nomine domini osanna in excelsis

Mediator dei et hominum homo Christus Jhesus qui pro nostra

salute passurus de celo descenderat adveniente

hora passionis appropinquare voluit loco passionis ut eciam per

hoc claresceret quia non invitus sed sponte pateretur in asino venie(n)s

et a turbis rex appellari ac laudari voluit ut eciam per hoc

crederemus quod ipse verus ille esset rex quem sic ille venturum

prophetia olim promissa significabat ante quinque dies pasche venire voluit

sic quod ex hiis ut dictum est ut eciam per hoc ostenderet se esse agnum

immaculatum qui peccata tolleret mundi

Agnus quippe paschalis in immolacione prefiguratus quo populus Israel est ab

egipti servitute liberatus ante quinque dies pasche id est decima luna domi

inferri et ipsa die pasche id est quartadecima luna ad vesperum iussus

est immolari significans eum qui nos suo sanguine redempturus

ante quinque dies pasche id est hodierno die magno prevenire

precedencium gaudio ac laudacione deductus venit in templum

dei et erat cottidie docens in eo Octava decima facta die illi

veteris pasche sacramenta hactenus observata consummavit ac novi

[illegible]

Deinceps obseruata disciplina sacramenta tradidit egressus in montem oliueti tentus est a iudeis et mane crucifixus ipsa nobis die ad memoriam dominationis redeunt qua antiquus ille hebreorum populus per immolationem agni unde ex captiuitate seruitutis abscessit

Ipse dominus noster agnus paschalis in quem diebus quam pati uenit per locum passionis elegit ut se insinuaret esse illum de quo propheta dixit ysaias Sicut ouis ad occisionem ducetur et sicut agnus coram tondente se obmutescet et non aperiet os suum Et capitulo supra ipse autem uulneratus est propter iniquitates nostras et liuore eius sanati sumus [illegible] cuncta [illegible] et [illegible] gessit [illegible] [illegible] multa [illegible] uite [illegible] morti [illegible] quam per eum [illegible] testificari studebant [illegible] nos [illegible] ueritate [illegible] fideliter [illegible] laudantes

In illo tempore maria magdalene et maria iacobi

et salome emerunt aromata ut uenientes ungerent

eum Et ualde mane una sabbatorum ueniunt ad monumentum orto

iam sole Et dicebant ad inuicem quis reuoluet nobis lapidem

ab ostio monumenti Et respicientes uiderunt reuolutum lapidem

Erat quippe magnus ualde Et introeuntes in monumentum uiderunt

iuuenem sedentem in dextris coopertum stola candida et

obstupuerunt Qui dicit illis nolite expauescere Iesum queritis

nazarenum crucifixum surrexit non est hic Ecce locus ubi po-

suerunt eum Sed ite dicite discipulis eius et petro quia precedit

uos in galileam ibi eum uidebitis sicut dixit uobis

[illegible]

Nolite expavescere
paveant [illi] qui non amant

Audistis fratres karissimi quod sancte mulieres que dominum fuerant secute cum aromatibus ad monumentum venerunt et ei quem viventem dilexerant etiam mortuo humanitatis studio obsequuntur. Sed res gesta aliquid in sancta ecclesia signat gerendum. Sic quippe necesse est ut audiamus que facta sunt quatenus cogitemus etiam que nobis sint ex eorum imitatione facienda. Et nos ergo in eum qui est mortuus credentes si odore virtutum referti cum opinione bonorum operum dominum querimus ad monumentum profecto illius cum aromatibus venimus. Ille autem mulieres angelos vident que cum aromatibus veniunt quia videlicet ille mentes supernos cives aspiciunt que cum virtutum odoribus ad dominum per sancta desideria proficiscuntur.

Notandum vero nobis est quid est quod in dextris sedere angelus cernitur. Quid namque per sinistram nisi vita presens, quid vero per dexteram nisi perpetua vita signatur. Unde scriptum est: Leva eius sub capite meo et dextera illius amplexabitur me. Quia ergo redemptor noster iam presentis vite corruptionem transierat, recte angelus qui nunciare perennem eius vitam venerat in dextera sedebat. Qui stola candida coopertus apparuit quia festivitatis nostre gaudia nunciavit. Candor etenim vestis splendorem nostre denunciat sollempnitatis. Nostre dicamus an sue? Sed ut verius fateamur et sue dicamus et nostre. Illa quippe redemptoris nostri resurrectio et nostra festivitas fuit quia nos ad immortalitatem reduxit, et angelorum festivitas fuit quia nos revocando ad celestia eorum numerum implevit. In sua ergo ac nostra festivitate angelus in albis vestibus apparuit quia dum nos per resurrectionem dominicam ad superna reducimur celestis patrie dampna reparantur.

Sed quid est quod venientes feminas affatur dicens: Nolite expavescere. Ac si aperte dicat: paveant illi qui adventum non amant supernorum civium, pertimescant qui carnalibus desideriis pressi ad eorum se societatem pertingere posse desperant. Vos autem cur pertimescitis que vestros cives videtis. Unde et Matheus angelum apparuisse describens ait: Erat autem aspectus eius sicut fulgur et vestimenta eius sicut nix. In fulgure etenim terror timoris est, in nive autem blandimentum candoris. Quia vero omnipotens deus et terribilis est peccatoribus et blandus iustis, recte testis resurrectionis angelus et in fulgure vultus et in candore habitus demonstratur ut de ipsa sua specie et terreret reprobos et mulceret pios.

In illo tempore: Cum esset sero die illa una sabbatorum et fores essent clause ubi erant discipuli congregati propter metum iudeorum venit Iesus et stetit in medio.

[illegible]

[illegible]

Et dixit eis pax vobis. et cum hoc dixisset ostendit eis
manus et latus. Gavisi sunt ergo discipuli viso domino.
Dixit ergo eis iterum pax vobis sicut misit me pater et ego
mitto vos. Hoc cum dixisset insufflavit et dixit eis accipite
spiritum sanctum quorum remiseritis peccata remittuntur eis et quorum
retinueritis peccata retenta sunt. Thomas autem unus de duo-
decim qui dicitur didimus non erat cum eis quando venit ihesus. Di-
xerunt ergo ei alii discipuli vidimus dominum. Ille autem dixit eis
nisi videro in manibus eius fixuram clavorum et mittam digi-
tum meum in locum clavorum et mittam manum meam in latus
eius non credam. Et post dies octo iterum erant disci-
puli eius intus et thomas cum eis. Venit ihesus ianuis
clausis et stetit in medio et dixit eis pax vobis. Deinde
dicit thome infer digitum tuum huc et vide manus meas
et affer manum tuam et mitte in latus meum et noli esse
incredulus sed fidelis. Respondit thomas et dixit ei dominus
meus et deus meus. Dixit ei ihesus quia vidisti
me credidisti. Beati qui non viderunt et crediderunt. Multa quidem

[illegible]

[illegible]

Alia signa fecit ihesus in conspectu discipulorum suorum que non sunt scripta in hoc libro. Hec autem scripta sunt ut credatis quia ihesus est filius dei et ut credentes vitam habeatis in nomine eius.

Prima lectionis huius evangelice questio animum pulsat quomodo post resurrectionem corpus dominicum verum fuit quod clausis ianuis ad discipulos ingredi potuit. Sed sciendum nobis est quod divina operatio si ratione comprehenditur non est admirabilis nec fides habet meritum cui humana ratio prebet experimentum. Sed hec ipsa redemptoris nostri opera que ex semetipsis comprehendi nequaquam possunt ex alia eius operatione pensanda sunt ut rebus mirabilibus fidem prebeant facta mirabiliora. Illud enim corpus domini intravit ad discipulos ianuis clausis quod videlicet ad humanos oculos per nativitatem suam clauso exiit utero virginis. Quid ergo mirum si clausis ianuis post resurrectionem suam in eternum iam victurus intravit qui moriturus veniens non aperto utero virginis exiit. Sed quia ad illud corpus quod videri poterat fides intuentium dubitabat ostendit eis protinus manus et latus palpandam carnem prebuit quam clausis ianuis introduxit. Qua in re duo mira et iuxta humanam rationem sibi valde contraria ostendit dum post resurrectionem corpus suum et incorruptibile et palpabile demonstravit. Nam et corrumpi necesse est quod palpatur et palpari non potest quod non corrumpitur. Sed miro modo atque inestimabili redemptor noster et incorruptibile post resurrectionem et palpabile corpus suum prebuit ut monstrando incorruptibile invitaret ad premium et prebendo palpabilem firmaret ad fidem. Et incorruptibilem se ergo et palpabilem demonstravit ut profecto esse post resurrectionem ostenderet corpus suum et eiusdem nature et alterius glorie.

Dicit eis pax vobis sicut misit me pater et ego mitto vos. Pater filium misit quia hunc pro redemptione generis humani incarnari constituit. Quem videlicet in mundo venire ad passionem voluit sed tamen amavit filium quem ad passionem misit. Electos vero apostolos dominus non ad mundi gaudia sed sicut ipse missus est ad passiones in mundum mittit. Quia ergo et filius amatur a patre et tamen ad passionem mittitur ita et discipuli amantur a domino qui tamen ad passiones mittuntur in mundo. Recte itaque dicitur Sicut misit me pater et ego mitto vos.

[illegible]

[illegible marginal and upper glosses]

vos ... ea vos audite aliquo ... scandala ... mitto
qua me ... qui diligit que venia ad tollerandas pacienter

In illo tempore dixit Jhesus discipulis suis Ego sum pa-
stor bonus. Bonus pastor animam suam dat pro
ovibus suis. Mercenarius autem et qui non est pastor
cuius non sunt oves proprie videt lupum venientem et di-
mittit oves et fugit et lupus rapit et dispergit oves. Mer-
cenarius autem fugit quia mercenarius est et non pertinet
ad eum de ovibus. Ego sum pastor bonus et cognosco
meas et cognoscunt me mee. Sicut novit me pater et
ego agnosco patrem et animam meam pono pro ovibus
meis. Et alias oves habeo que non sunt ex hoc ovili et
illas oportet me adducere et vocem meam audient et fiet unum
ovile et unus pastor.

[illegible interlinear, marginal and lower glosses]

[illegible]

Notandum dicit ... ego sum pastor bonus ... [illegible]

dei dono sed essentialiter bonus dicit Ego sum pastor bonus
atque eiusdem bonitatis formam quam nos imitemur adiungit dicens
Bonus pastor animam suam ponit pro ovibus suis Fecit quod monuit
ostendit quod iussit Bonus pastor animam suam pro ovibus suis posuit
ut in sacramento nostro corpus suum et sanguinem verteret et oves quas re-
dimerat carnis sue alimento satiaret Ostensa nobis est de
contemptu mortis via quam sequamur apposita forma cui imprimamur
Primum nobis est exteriora nostra misericorditer ovibus eius impendere
postremum vero si necesse sit etiam mortem nostram pro eisdem ovibus
ministrare Ab hoc autem minimo pervenitur ad postremum maius Sed cum
incomparabiliter longe sit melior anima qua vivimus terrena substantia quam
exterius possidemus qui non dat pro ovibus substantiam suam quando pro his
daturus est animam suam Et sunt nonnulli qui dum plus terrenam substantiam
quam oves diligunt merito nomen pastoris amittunt de quibus
subditur Mercenarius autem et qui non est pastor cuius non sunt oves
proprie videt lupum venientem et dimittit oves et fugit Non pastor
sed mercenarius vocatur qui non pro amore intimo oves dominicas sed
ob temporales mercedes pascit
Mercenarius quippe est qui locum quidem pastoris tenet sed lucra
animarum non querit terrenis commodis inhiat honore prela-
tionis gaudet temporalibus lucris pascitur impensa sibi ab hominibus
reverentia letatur Iste etenim sunt mercedes mercenarii ut pro eo quod
in regimine laborat hic quod querit inveniat et ab hereditate
gregis in posterum alienus existat Utrum vero pastor sit an mer-
cenarius cognosci veraciter non potest si occasio necessitatis deest Tranquillitatis
enim tempore plerumque ad gregis custodiam sicut verus pastor sic
etiam mercenarius stat Sed lupus veniens indicat quo quisque
animo super gregis custodiam stabat Lupus etenim super oves venit
cum quibus iniustus et raptor fideles quosque et humiles opprimit
Sed is qui pastor esse videbatur et non erat relinquit oves et
fugit quia dum sibi ab eo periculum metuit resistere eius iniustitie
non presumit

In illo tempore dixit Ihesus discipulis suis modicum
et iam non videbitis me et iterum modicum et videbitis

[illegible]

[illegible]

Ewn. Jo xvj

[illegible]

me / quia vado ad patrem / dixerunt ergo discipuli eius
ad invicem quid est hoc quod dicit nobis modicum et non
videbitis me et iterum modicum et videbitis me et quia vado
ad patrem / dicebant ergo quid est hoc quod dicit modicum nescimus quid
loquitur / Cognovit ergo ihesus quia volebant eum interro
gare et dixit eis de hoc queritis inter vos quia dixi modicum
et non videbitis me et iterum modicum et videbitis me / Amen
amen dico vobis quia plorabitis et flebitis vos mundus
autem gaudebit vos autem contristabimini / sed tristicia vestra vertetur
in gaudium / Mulier cum parit tristiciam habet quia venit hora
eius / Cum autem peperit puerum iam non meminit pressure
propter gaudium quia natus est homo in mundum et vos igitur
nunc quidem tristiciam habetis iterum autem videbo vos et gau
debit cor vestrum et gaudium vestrum nemo a vobis tollet

[illegible]

[illegible] ... gaudium ... Ysa 32 ... gaudium ... Job 21 ... tympanum et cytharam ... gaudent ad sonum organi ... Eccl 27

Et domini verba ubi ait modicum et iam non videbitis me iterum modicum et videbitis me et quia vado ad patrem ita erant obscura discipulis antequam id quod dicit esset impletum ut quererent inter se quid esset quod diceret immo se nescire faterentur. Hoc est enim quod eos movebat quia dixit modicum et iam non videbitis me et iterum modicum et videbitis me. Nam in precedentibus quia non dixerat modicum sed dixerat ad patrem vado et iam non videbitis me tamquam aperte visus est eis locutus nec inter se de hoc aliquid quesierunt. Nunc ergo quod illis tunc obscurum fuit et mox manifestatum est. Post paululum enim passus est et non viderunt eum rursus post paululum resurrexit et viderunt eum. Sequitur. Quod autem sequitur quia plorabitis et flebitis vos mundus autem gaudebit vos autem contristabimini sed tristicia vestra vertetur in gaudium sic accipiendum est quia contristati sunt discipuli de morte domini et confestim de resurrectione letati. Mundus autem quo nomine significati sunt inimici a quibus occisus est Christus tunc utique letati sunt occiso Christo quo fuerunt discipuli contristati. Mundi quippe nomine potest malicia huius mundi intelligi id est homines mundi huius amatores. Unde Iacobus in epistola sua dicit Quicumque voluerit esse amicus huius seculi inimicus dei constituetur. Omnibus inimicis dei fuit etc ut non cum unigenito patre. Et inde subiungit dicit: Mulier cum parit tristiciam habet quia venit hora eius. Cum autem peperit filium puerum iam non meminit pressure propter gaudium quia natus est homo in mundum. Nec ista similitudo videtur ad intelligendum esse difficilis quia comparatio eius in promptu est eo ipso exponente cui dicta sunt. Partu[illegible] pressure tristicie partus autem gaudio comparatur quod tunc maius esse consuevit quando non puella sed puer natus fuerit. Et iterum gaudium vestrum nemo tollet a vobis quia gaudium eorum est ipse Christus significatum est quod ait apostolus Christus resurgens ex mortuis iam non moritur mors illi ultra non dominabitur. [illegible] Jo XIII

In illo tempore dixit Ihesus discipulis suis Vado ad eum qui me misit et nemo interrogat me

[illegible] ... Job 21 ... [illegible]

[illegible]

quo vadis sed quia hec locutus sum vobis tristicia
impleuit cor vestrum sed ego veritatem dico vobis expedit

vobis ut ego vadam si enim non abiero paraclitus non ve
niet ad vos si autem abiero mittam eum ad vos et

cum venerit ille arguet mundum de peccato et de iusticia et

de iudicio de peccato quidem quia non crediderunt in me de
iusticia vero quia ad patrem vado et iam non videbitis me
de iudicio autem quia princeps mundi huius iudicatus est

Adhuc multa habeo vobis dicere sed non potestis portare modo

Cum autem venerit ille spiritus veritatis docebit vos omnem
veritatem non enim loquetur a semetipso sed quecumque audiet
loquetur et que ventura sunt annunciabit vobis ille me
clarificabit quia de meo accipiet et annunciabit vobis

Vado inquid dominus ad eum qui me misit

et nemo ex vobis interrogat me quo vadis ac si aperte
dicat tendam ascendendo ad eum qui me incarnari constituit
et tanta quam manifesta erit eiusdem ascensionis claritas
ut nemini vestrum opus sit interrogare quo vadam videntibus

[illegible]

[illegible] non apparet

[illegible]

[illegible] pandere

[illegible]

[illegible]

Sic ergo patet quomodo [illegible] in summa pars [illegible] summa pars. Sed ad quod in [illegible] [illegible] adiuncta cum fine [illegible] una [illegible] alia [illegible] Christus qui [illegible] [illegible]

[illegible] [illegible] ad [illegible] [illegible]

[illegible] per [illegible] aliquid [illegible] ad [illegible] [illegible]

[illegible] [illegible]

[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

Anno quoto anno Christus ascendit R[espondeo] [illegible] secundum Augustinum quod anno sexto millesimo a mundi creatione quia ad [illegible] millesimo anno. Ratio quare [illegible] quod sexto millesimo anno / quia sexta die Adam de paradiso est expulsus [illegible] [illegible] sexta die mortuus et sexta aetate [illegible]. Sed quo mense R[espondeo] quod in mayo. Ratio quia rex volens aliquid in sua primaria seu regno [illegible] vel [illegible] ut [illegible] fiat de mayo quia [illegible] tempore [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

Sed quo die R[espondeo] [illegible] feria v. Ratio quia [illegible] dic [illegible] [illegible] [illegible] aqua [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

Sed qua hora R[espondeo] hora nona [illegible]. Ratio quia [illegible] Adam [illegible] hora [illegible] [illegible] hora [illegible] [illegible] hora [illegible] [illegible] [illegible] Christus in [illegible] [illegible]

Sed de quo loco R[espondeo] Christus venit ad locum [illegible] ubi [illegible] feria v. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

Sed in die [illegible] R[espondeo] quod [illegible] [illegible] quatuor [illegible] [illegible] qui [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] quatuor [illegible] [illegible]

[illegible]

autem quia ad celos pergam. Vnde ante eius ascensionem sua dixit: Vado ad eum qui me misit, et nemo ex vobis interrogat me: quo vadis? Diximus namque eum de sua passione predixisse, dicens: quo ego vado vos non potestis venire. Interrogauit eum Petrus et ait: Domine, quo vadis? Respondit ei: Quo ego vado non potes me sequi, sequeris autem postea. Nam a morte passionis mortis que eius ministerio nondum intellexit, nec dum poterant imitari magestatem vero ascensionis statim ut viderunt conuersi sunt totisque animis vobis ut sequi mererentur optabant.

Sed quia hec locutus sum vobis tristicia impleuit cor vestrum. Videbat ipse dominus quia hec sua verba in discipulorum cordibus agerent, quia videlicet tristicia magis de absencia sua quo eos deserere quam de aspectu quo prius potuerant leticiam generent [illegible] sumpserunt. Sed ego veritatem dico vobis: expedit vobis ut ego vadam. Expedit ut forma serui vestris subtrahatur aspectibus, quatenus amor diuinitatis artius vestris infigatur mentibus. Expedit ut notam vobis formam celo inferam, quatenus maiore per hoc desiderio illuc suspiretis, [illegible] suspensis ad superna cordibus vestris ad accipienda iam spiritus sancti dona capaces fiatis.

Si enim non abiero Paraclitus non veniet ad vos. Si autem abiero, mittam eum ad vos. Non quia non potuit ipse in terra positus dare spiritum sanctum discipulis, sed loquitur ut apte legitur quia post resurrectionem apparens eis insufflauit et dixit eis: Accipite spiritum sanctum; sed quia in terra positi corporalem presentiam eius [illegible] non valebant illi corde [illegible] ad suscipienda [illegible] celestis. Ascendente autem ipso ad celos [illegible] omne desiderium suum illo transferebant [illegible] alibi [illegible] ubi est thesaurus tuus ibi et cor tuum erit. Ideoque capaces spiritus iam facti erant; non ultra de morte eius contristati, sed de ascensione eius [illegible] beato Luca attestante qui ait: Et ipsi [illegible] adorantes regressi sunt in Ierusalem cum gaudio magno, et erant semper in templo laudantes et benedicentes deum.

[illegible] Johannis xvj

[illegible]

[illegible]

In illo tempore dixit Jhesus discipulis suis Amen amen
[illegible]
dico vobis si quid petieritis patrem in nomine meo
[illegible]
dabit vobis. Usque modo non petistis quicquam in nomine meo
[illegible]
petite et accipietis ut gaudium vestrum plenum sit. Hec in proverbiis
[illegible]
locutus sum vobis. Venit hora cum iam in proverbiis non loquar
[illegible]
vobis sed palam de patre meo annunciabo vobis. In illo
[illegible]
die in nomine meo petetis et non dico vobis quia ego ro-
[illegible]
gabo patrem de vobis. Ipse enim pater amat vos quia vos
[illegible]
me amastis et credidistis quia a deo exivi. Exivi a patre
[illegible]
et veni in mundum iterum relinquo mundum et vado ad patrem. Dicunt
[illegible]
ei discipuli eius Ecce nunc palam loqueris et proverbium nullum
[illegible]
dicis. Nunc scimus quia scis omnia et non opus est tibi ut
[illegible]
quis te interroget. In hoc credimus quia a deo existi.

Christus monens nos auditores suos in capite lectionis hodierne discipulis salvator promittit. Quicquid inquiens petieritis patrem in nomine meo dabit vobis cum non solum [illegible]

[illegible]

Gl. fra.

sicut multa que precum in nomine Christi videntur petere non accipiant
unde etiam ipse apostolus paulus ter dominum rogavit ut a se angelum
sathane a quo tribulabatur abscedere nec impetrare potuit. Sed huius
modi questionis antiquam iam prius explanacione reserata est
qui variis intelleximus illos solum in nomine salvatoris petere qui
ea que ad perpetuam salutem pertinent petunt. Ideo quod apostolus non in nomine
salvatoris petisse ut temptacione careret qua ob custodiam
humilitatis acceperat quia si hac caruisset salvus esse non posset
ipso affirmante qui ait Et ne magnitudo revelacionum me ex-
tollat datus est michi stimulus carnis mee angelus sathane qui
me colaphizat. Quocienscumque ergo petentes non exaudimur
ideo fit quia vel contra auxilium nostre salutis petimus ac proptera
a misericordia patris beneficium gratia nobis quod in Christo petimus negatur
quod eidem apostolo paulo contigisse probatur cum ter petenti responsum est
Sufficit tibi gratia mea nam virtus in infirmitate perficitur vel uti-
lia quidem atque verum salutem respiciant petimus sed ipsi male
vivendo auditum a nobis nostri iudicis avertimus incidentes in illud
Salomonis qui avertit aurem suam ne audiat legem oracio eius
erit execrabilis vel dum pro aliis petimus quibusdam ut resipiscant
oramus et si salubriter petimus atque ex more nostro dignissimus
auditu ipsorum tamen perversitas ne impetremus obsistat
¶ Sunt etiam aliqua ut salutaria per se ipsis temporibus solemus et de-
votis quamvis oracionibus nec tamen statim que petimus obtine-
amus sed in futurum peticionis nostre differtur effectus sicut cum gemi-
tibus rogamus cotidie precem dicentes adveniat regnum tuum
nec tamen regnum non in exorto(?) statim sumus acceptum quod pia
dispensacione conditoris tam cupitur acciperi ut videlicet diu prolata
nostre devocionis dilacione crescant crescendo cotidiano magis
magisque provecta tandem perfectum capiunt gaudium. Sed magno
maxime notandum est quia cum pro perfidis oramus et si eorum salutem
impetrare nequimus numquam tamen fructu privamur nostre oracionis quia
et si illi non sunt digni salvari nos tamen amoris precum illis impen-
dimus mercede donabimur. Sed in illa quoque peticione resolvitur
in nobis illa domini promissio qua ait Si quid petieritis patrem
in nomine meo dabit vobis intelligendum est quia non ait simpliciter

Sermo xv de fine predicacione [illegible]
[illegible]

[illegible]

In illo tempore dixit Jhesus discipulis suis: Cum venerit paraclitus quem ego mittam vobis a patre spiritum veritatis qui a patre procedit ille testimonium perhibebit de me et vos testimonium perhibebitis quia ab initio mecum estis. Hec locutus sum vobis ut non scandalizemini. Absque synagogis facient vos sed venit hora ut omnis qui interficit vos arbitretur obsequium se prestare deo. Et hec facient vobis quia non noverunt patrem neque me. Sed hec locutus sum vobis ut cum venerit hora eorum reminiscamini quia ego dixi vobis.

Notandum in primis quod dominus spiritum veritatis et a se mittendum esse testatur et eundem mox a patre procedere subiungit non quia alterum spiritus alius a patre procedit quam qui a filio mittitur aut alius ipse a patre procedit quam qui a filio mittitur sed quia filius eum et a se mitti et a patre dicit procedere ut aliam personam aliam esse suam personam designet ac si in eadem distinctione personarum unitatem esse operationis ac voluntatem suam cum voluntate patris et operatione demonstret. Cum enim eiusdem spiritus gratia datur hominibus mittitur spiritus a patre mittitur et a filio procedit a patre procedit et a filio quia eius missio ipsa processio est qua ex patre procedit et filio venit etiam sponte quia sic coequalis est patri et filio ita eandem habet voluntatem.

[illegible]

a patre et filio procedens spiritus [illegible] ubi vult spirat et sic apostolus cum enumerasset
donis celestibus ait Hec omnia operatur unus atque idem spiritus
dividens singulis prout vult.

Veniens autem spiritus testimonium domino perhibuit quia discipulorum
cordibus aspirans omnia que de illo erant scienda mor-
talibus clara illis luce revelavit quia videlicet equalis et consubstancialis
patri erat ante secula quia temporalibus [illegible] nobis est in fine seculorum de virgine
natus sine peccato vixit docuit et que voluit transivit de mundo quia
etiam mortem resurgendo destruxit carnem in qua passus est et
resurrexit carnem ad celos ascendendo levavit atque in patris dextera
gloria coronavit quia eius prophetarum scripta illi testimonium perhibent quia confessio
nominis eius usque ad fines terre propaganda erat [illegible] quecumque fidei
illius misteria spiritu sancto testante sunt reserata discipulis. Nos illius
testimonia [illegible] sermonibus qui per verba eorum audiunt. Idem quippe ipse sapiencium
corporis spiritus est nunc [illegible]. Et ille ergo inquit testimonium perhibebit
de me quia que spiritu intus docente perceperant sublato timore
firmiore fiducia loquendo ceteris ministrabant. Hec namque spiritus condicio cor-
dium [illegible] et adducenda quod nossent culmine [illegible] erexit in
[illegible] spiritus dei fortitudinis [illegible] est [illegible]
spiritus sancte quia prius [illegible] vel etiam cogitare debeamus aggressi
est fortitudinis quia etiam prius [illegible] nominis operum accingimus
ut adversitate aliqua abeamus [illegible] repellamus. Et vos
testimonium perhibetis quia ab inicio mecum estis. Cum data spiritus sancti
gratia hec discipulorum fiducia [illegible] quia ab inicio erat ad [illegible]
[illegible] ipse vidissent audiissent absque ulla ambiguitate predicare valebant

In illo tempore dixit ihesus discipulis suis Si quis diligit me sermonem meum servabit et
pater meus diliget eum et ad eum veniemus et mansionem apud
eum faciemus. Qui non diligit me sermones meos non servat.
Et sermonem quem audistis non est meus sed eius qui misit

[illegible interlinear gloss]

me pr[illegible] Haec locutus sum vobis apud vos manens. Paraclitus

[illegible interlinear gloss]

autem Spiritus Sanctus quem mittet Pater in nomine meo, ille vos do-

[illegible interlinear gloss]

cebit omnia et suggeret vobis omnia quaecumque dixero vobis. Pacem

[illegible interlinear gloss]

relinquo vobis, pacem meam do vobis. Non quomodo mundus dat ego

[illegible interlinear gloss]

do vobis. Non turbetur cor vestrum neque formidet. Audistis quia

[illegible interlinear gloss]

ego dixi vobis: Vado et venio ad vos. Si diligeretis me, gaude-

[illegible interlinear gloss]

retis utique quia vado ad Patrem, quia Pater maior me est. Et

[illegible interlinear gloss]

nunc dixi vobis priusquam fiat, ut cum factum fuerit credatis.

[illegible interlinear gloss]

Iam non multa loquar vobiscum, venit enim princeps mundi huius,

[illegible interlinear gloss]

et in me non habet quicquam. Sed ut cognoscat mundus quia diligo Patrem, et

[illegible interlinear gloss]

sicut mandatum dedit michi Pater sic facio.

Libet fratres karissimi evangelice verba lectionis sub brevitate transcurrere, et post diutius immorari in contemplatione tante sollempnitatis. Hodie namque Spiritus Sanctus repentino sonitu super discipulos venit, mentesque carnalium in sui amorem permutavit, et foris apparentibus linguis igneis intus facta sunt corda flammantia, quia dum Deum in ignis visione suscipiunt, per amorem suaviter arserunt. Ipse namque Spiritus Sanctus amor est. Unde et Iohannes dicit: Deus caritas est. Qui ergo mente integra Deum desiderat, profecto iam habet quem amat. Neque enim posset Deum quisquam diligere, si eum quem diligit non haberet.

Sed ecce si unusquisque vestrum requiratur an diligat Deum, tota fiducia et secura mente respondet: Diligo. In ipso autem lectionis exordio audistis quid Veritas dicit: Si quis diligit me, sermonem

[illegible]

[illegible]

nem seruabit probatio ergo dilectionis exhibicio est operis. Unde in epistola sua idem Johannes dicit: Qui dicit diligo deum et mandata eius non custodit mendax est. Vere enim diligimus si mandata eius seruamus. Vere diligimus si a nostris voluptatibus coartamus. Itaque qui adhuc per illicita desideria [defluit] profecto deum non amat, quia contra voluntatem suam ei contradicit. Et si mens diligit eum et ad eum veniemus et mansionem apud eum faciemus. Pensate fratres karissimi quanta sit illa sollempnitas habere in cordis hospitio adventum dei. Certe si domum vestram quisquam diues et prepotens amicus intraret, omni festinancia tota domus mundaretur, ne quid fortasse esset quod oculos amici intrantis offenderet. Tergat ergo sordes praui operis qui deo preparat domum mentis.

Sed videte quid veritas dicat: veniemus et mansionem apud eum faciemus. In quorundam etenim corda venit sed mansionem non facit, quia per compunctionem quidem dei respectum percipiunt sed temptationis tempore hoc ipsum ~~[redeunt] ac si hec minime planxissent~~ quod compuncti fuerant obliuiscuntur, sicque ad perpetranda [iniquitatem] redeunt ac si hec minime planxissent. Qui ergo deum vere diligit, qui eius mandata custodit, in eius corde dominus et venit et mansionem facit, quia sic eum amor penetrat diuinitatis ut ab eo tempore temptationis non recedat. Ille ergo vere amat cuius videlicet mentem delectatio praua ex consensu non superat. Nam tanto quisque a superno amore disiungitur quanto hic inferius delectatur. Unde et adhuc subditur: Qui non diligit me sermones meos non seruat. Ad vosmetipsos fratres karissimi introrsus redite. Si deum vere amatis exquirite. Nec tamen sibi aliquis credat quicquid sibi animus sine operis attestatione responderit. De dilectione conditoris lingua mens vita requiratur. Nunquam est amor dei ociosus. Operatur enim magna si est. Si autem operari renuit amor non est.

In illo tempore erat homo ex phariseis Nicodemus nomine princeps Judeorum

In illo tempore dicebat Jhesus turbis iudeorum et phariseorum

[illegible]

Homo quidam erat diues et induebatur purpura et bysso

[illegible]

Et epulabatur cottidie splendide et erat quidam mendicus

[illegible]

[illegible commentary]

nomine lazarus qui iacebat ad ianuam eius ulceribus

plenus cupiens saturari de micis que cadebant de mensa

divitis et nemo illi dabat sed et canes veniebant et

lingebant ulcera eius. factum est autem ut moreretur mendicus

et portaretur ab angelis in sinum abrahe. mortuus est autem

dives et sepultus est in inferno. elevans autem oculos

suos cum esset in tormentis vidit abraham a longe et lazarum

in sinu eius et ipse clamans dixit pater abraham miserere mei

et mitte lazarum ut intingat extremum digiti sui in aquam

ut refrigeret linguam meam quia crucior in hac flamma. et

dixit illi abraham fili recordare quia recepisti bona

in vita tua et lazarus similiter mala. nunc autem hic conso

latur tu vero cruciaris. et in hiis omnibus inter nos et vos

chaos magnum firmatum est ut hii qui volunt hinc transire

[illegible commentary]

[illegible]

Ad nos non potest neque inde huc transmeare. Et ait: Rogo ergo te pater ut mittas eum in domum patris mei. habeo enim quinque fratres ut testetur illis ne et ipsi veniant in hunc locum tormentorum.

Et ait illi abraham: habent moysen et prophetas audiant illos.

At ille dixit: Non pater abraham, sed si quis ex mortuis ierit ad eos penitentiam agent. Ait autem illi: Si moysen et prophetas non audiunt neque si quis ex mortuis resurrexerit credent.

Nam fratres habent quinque. Dives iste qui induebatur purpura et bisso et epulabatur cottidie splendide nisi iudaicum populum significat qui cultum vite exterius habuit qui accepte legis deliciis ad nitorem usus est non ad utilitatem. Quem vero lazarus vulneribus plenus nisi gentilem populum figuraliter exprimit? Qui dum conversus ad deum confiteri peccata sua non erubuit, huic vulnus in cute fuit. In confessione quippe vulneris virus educitur et foras erumpit.

Quid est ergo peccatorum confessio nisi quedam vulnerum ruptio? quia peccati virus salubriter aperitur in confessione quod pestifere latebat in mente. Vulnera etenim cutis in superficiem trahunt humorem putredinis. Et confitendo peccata quid aliud agimus nisi malum quod in nobis latebat aperimus? Sed lazarus vulneratus cupiebat saturari de micis que cadebant de mensa divitis et nemo illi dabat quia gentilem quemque adhuc ad cognitionem legis admittere superbus ille populus despiciebat. Qui dum doctrinam legis non ad caritatem sed ad elationem habuit quasi de acceptis opibus tumuit et verba que ei defluebant de scientia quasi mice cadebant de mensa.

At contra iacentis pauperis vulnera lingebant canes. Nonnumquam solent in sacro eloquio per canes predicatores intelligi. Canum et[enim]

[illegible]

[illegible]

et n(on) lingwa [illegible] lingue [illegible] quia detractores [illegible] in con-
fessione peccati nos instruunt quia [illegible] per lingwa tangunt
et quia nos loquendo a peccatis [illegible] ad salu-
tem reducunt. Ideo non [illegible] nomine predicatorum lingwa signatur
de quo psalmista dicit lingua [illegible]

In illo tempore dixit Jesus discipulis suis similitudinem hanc. Homo quidam

fecit cenam magnam et vocavit multos et misit servum

suum hora cene dicere invitatis ut venirent quia iam parata sunt

omnia. Et ceperunt simul omnes excusare. Primus dixit illi:

villam emi et necesse habeo exire et videre illam; rogo te

habe me excusatum. Et alius dixit: iuga boum emi quinque et

eo probare illa; rogo te habe me excusatum. Et alius dixit:

uxorem duxi et ideo non possum venire. Et reversus servus nunciavit

hec domino suo. Tunc iratus paterfamilias dixit servo suo:

Exi cito in plateas et vicos civitatis et pauperes et debiles et cecos

et claudos introduc. Et ait servus: Domine factum est ut imperasti

et adhuc locus est et ait dominus servo exi in vias et sepes

et compelle intrare ut impleatur domus mea dico autem vobis quod

nemo virorum illorum qui vocati sunt gustabit cenam meam

quia nemo gustare cenam est fides (?) nisi ille dignus

Ysidorus dicit hoc est quod nemus cognoscet eum qui fecit cenam magnam quia sanctorum nobis intrare dulcedinis preparat qui vocantur multos sed pauci veniunt quia non nunquam ipsi qui ei subiecti sunt etiam eius quoniam male vivendo contradicunt. Misit autem servum suum hora cene dicere invitatis ut venirent quod hora cene nisi finis est mundi in quo nimirum nos sumus sicut iam dudum Paulus testatur dicens nos sumus in quos fines seculorum devenerunt. Si hora cene iam est cum vocamur tanto minus nos excusare debemus a convivio dei quanto propinquasse iam cenam cernimus. Si enim considerare non pensamus quia nichil est quod restat eo debemus plenius dei non perdendum sed cena vocatur quia post prandium cena post cenam non convivium nullum restat et quia etiam dei convivium nobis compleri ... ut hoc non prandium sed cena vocaretur et quis plenius servus qui adperfectas ad invitandum mittitur nisi predicatorum ordo signatur. De quo videlicet ordine quamvis indigni nos adhuc ... quamvis peccatorum ... pondere ... et nos cum in hiis diebus sumus et ad edificationem vestram nos ad loquendum hic est quod ego servus cum sum prefatas ad vos ... ne ... nos ne venio ad cenam dei nemo ... me ... in hoc loco ... ad ... ne ... magne sue ... quas ... (?)

In illo tempore erant appropinquantes

ad eum publicani et peccatores ut audirent illum

et murmurabant pharisei et scribe dicentes quia hic peccatores
recipit et manducat cum illis et ait ad illos parabolam istam
dicens quis ex vobis homo qui habet centum oves et si perdiderit
unam ex illis nonne dimittit nonaginta novem in deserto et va
dit ad illam que perierat donec inveniat illam et cum invenerit illam
imponit in humeros suos gaudens et veniens domum convocat
amicos et vicinos dicens illis Congratulamini mihi quia inveni
ovem que perierat dico vobis quod ita gaudium erit in celo super
uno peccatore penitentiam agente quam super nonaginta novem iustis
qui non indigent penitentia Aut que mulier habens dragmas decem
si perdiderit dragmam unam nonne accendit lucernam et everrit
et querit diligenter donec inveniat Et cum invenerit convocat ami
cas et vicinas dicens congratulamini michi quia inveni
dragmam quam perdideram ita dico vobis gaudium erit coram angelis

Dici super uno peccatore penitenciam agente

Audistis in collacione ewangelica fratres mei quia peccatores et publicani accesserunt ad redemptorem nostrum et non solum ad colloquendum sed etiam ad convescendum recepti sunt. Quod videntes pharisei dedignati sunt. Ex qua re colligite quia vera iustitia compassionem habet, falsa iustitia dedignacionem. Quamvis et iusti recte soleant peccatoribus indignari, sed aliud est quod agitur typo superbie, aliud quod zelo discipline. Dedignantur etenim sed non dedignantes, desperant sed non desperantes, persecucionem commovent sed amantes, quia etsi foris increpaciones per disciplinam exaggerant, intus tamen dulcedinem per caritatem servant.

Preponunt sibi in animo ipsos plerumque quos corrigunt, meliores estimant eos quos iudicant. Quod videlicet agentes et per disciplinam subditos et per humilitatem custodiunt semetipsos. At contra hii qui de falsa iustitia superbire solent, ceteros quosque despiciunt, nulla infirmantibus misericordia condescendunt, et quo se peccatores esse non credunt, eo deterius peccatores fiunt. De quorum profecto numero pharisei extiterant, qui diiudicantes dominum quod peccatores susciperet, arenti corde ipsum fontem misericordie reprehendebant.

Sed quia egri erant ita ut egros se esse nescirent, quatenus quod erant agnoscerent, celestis eos medicus blandis fomentis curat, benignum paradigma obicit et in eorum corde vulneris tumorem premit. Ait enim: Quis ex vobis homo qui habet centum oves et si perdiderit unam ex illis, nonne dimittit nonaginta novem in deserto et vadit [illegible] … ad eam que perierat?

In illo tempore dixit Iesus discipulis suis: Estote misericordes sicut et pater vester misericors est. Nolite iudicare et non iudicabimini. Nolite condempnare et non condempnabimini. Dimittite et dimittemini. Date et dabitur vobis. Mensuram bonam et confertam

[illegible]

[illegible]

magnitudinem et superaffluentem dabunt in sinum vestrum / eadem

quippe mensura qua mensi eritis remetietur vobis / Dicebat

autem illis similitudinem Numquid potest cecus cecum ducere nonne

ambo in foveam cadunt Non est discipulus super magistrum perfectus

autem omnis erit si sit sicut magister eius / Quid autem vides festucam

in oculo fratris tui trabem autem que in oculo tuo est non

consideras / aut quomodo potes dicere fratri tuo frater sine eiciam festucam

de oculo tuo ipse in oculo tuo trabem non videns ypocrita

eice primum trabem de oculo tuo et tunc perspicies ut educas

festucam de oculo fratris tui

Eminens est deus super ingentes et malos vel multiplicat sua mensura qua eadem iniusta salvat temporalia bona largiendo vel celestia dona singularia gratia qua electos suos solum glorificat respiciendo [illegible] sive hoc sive illud sive utrumque intelligas [illegible] dei bonitate [illegible] si filii dei esse volumus nolite iudicare et non iudicabimini nolite condempnare et non condempnabimini hoc loco nichil aliud precipi [illegible] nisi ut ea facta que dubium est quo animo fiant in meliorem partem interpretemur

[illegible]

[illegible]

¶ Nos aut scriptum est a fructibus eorum cognoscetis eos de manifestis dictum est q non possunt bono animo fieri sicut sunt stupra blasphemie vel furta vel ebrietates et si qua sunt talia de quibus nobis iudicare non permittitur dicente aut aliquid quia possunt bono animo et simplici corde sine vicio generis ciborum fieri cibi indifferentium ... apostolus iudicat eos qui carnibus vescebantur et bibebant vinum ~~manducat~~ alteris qui se abstinebant alimentis preparabant Qui enim dicit manducat non manducantem non spernat et qui non manducat manducantem non iudicet

¶ Hoc contra pertinet illud quod alio loco dicitur Nolite ante tempus iudicare Sunt autem quedam facta media que ignoramus quo animo fiant quia et bono et malo fieri possunt de quibus temerarium est iudicare maxime ut condempnemus Horum autem veniet tempus ut iudicentur cum dominus illuminabit abscondita tenebrarum et manifestabit cogitaciones cordis Duo autem sunt in quibus temerarium iudicium cavere debemus Cum incertum est quo animo quid factum sit vel cum incertum est qualis futurus sit qui nunc bonus vel malus apparet

In illo tempore Cum turbe irruerent in Ihesum ut audirent verbum dei ipse stabat secus stagnum Genesareth et vidit duas naves stantes secus stagnum piscatores autem descenderant et lavabant retia Ascendens autem in unam navim que erat Symonis rogavit eum a terra reducere pusillum et sedens docebat de navicula turbas Ut cessavit autem loqui dixit ad Symonem Duc in altum

[illegible]

et laxate retia vestra in capturam et respondens Symon dixit

illi preceptor per totam noctem laborantes nichil cepimus

in verbo autem tuo laxabo rethe et cum hoc fecissent concluse-

runt piscium multitudinem copiosam rumpebatur autem rethe

eorum et annuerunt sociis venerunt et impleverunt ambas

naviculas ita ut pene mergerentur Quod cum videret Symon petrus

procidit ad genua dicens Exi a me quia homo peccator sum domine

stupor enim circumdederat eum et omnes qui cum illo erant in

captura piscium quam ceperant Similiter autem Jacobum et Johannem fi-

lios zebedei qui erant socii simonis et ait ad Symonem

Jhesus noli timere ex hoc iam eris homines capiens et subductis

a ... ...

ad terram navibus relictis omnibus secuti sunt eum

stagnum genesareth ubi dicitur esse quod mare galilee vel
mare tyberiadis sed mare galilee ab adiacente provincia
dictum est mare tyberiadis a proxima civitate que olim cenereth
vocata sed ab herode tetrarcha instaurata in honorem tybe-
rii cesaris tyberias est appellata porro genesar a lacu

ymus na qua expansus aquis de se ipso comparat aīa ~~dr neq n in stagnum~~ p[ro]hibet quo vocabulo qui gruens sibi auram dicat neque n. ympium more sunt aque ß fugientibus auris spirantibus agit tamquam dulcis et ad spaciis abilis ß ebrietate lingue consuetudine omnis aquarum congregatio sive dulcis fit sive salsa mare nuncupa-
ria stagnum sive mare pro stabili designat dies scius mare stat potest vite laborantis mortalitate devincens in ea quasi passus est eterne stabilitate perenne quietis adiit turbacionis gnctus adeo genaud in fide contricionem ipius est de quibus ymnis et fluctibus adeo omnis ... multi et vidit duas naves stantes secus stagnum due naves secus stagnum parte ... ad signat quas by duas videsse p[ro]hibet quia utraque per se videt dies qui sunt eius corpus ... a fluctibus seculi ... ad futu-re vite tranquillitate qui ad soliditatem littoris videndo hac est ... visitando

x Piscatores autem descenderant et lavabant retia piscatores
autem doctores qui nos rethi fidei comprehensos et de profundo ad lumen elevatos quasi pisces littori sic terre viventium advehunt Cuius cum retia piscatorum sunt complexe predicandum dicciones que eos quos rapiunt in fine non amittunt In retia quasi retinacula sunt vocata Sed hec retia modo laxant in cap-tura modo lota plicant quia non omni tempore abile est doctrine ß nunc quando ... est lingua doctoris tunc simul cum genda

Ibis mdcox ||

In illo tempore dixit Ihesus discipulis suis Amen dico vobis nisi habundaverit iusticia vestra plus quam scribarum et phariseorum non intrabitis in regnum celorum Audistis quia dictum est antiquis Non occides Qui autem occiderit reus erit iudicio Qui autem dixerit fratri suo raccha reus erit concilio Qui autem dixerit fatue

Ego autem dico vobis quia || omnis qui irascitur fratri suo reus erit iudicio

reus erit gehenne ignis Si ergo offers munus tuum ad altare

et ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid adversum te relinque

que ibi munus tuum ante altare et vade prius reconciliari fratri tuo

o vc lib

et tunc veniens offeres munus tuum

a Audistis fratres karissimi dominum in ewangelio discipulos ad monentem

et de illis omnes nos ... imperfectum ... quam

scribarum et phariseorum non intrabitis in regnum celorum Iusticia namque scri

barum et phariseorum est ut non occidant ... non illorum qui intrari

sunt in regnum celorum ut non irascantur sine causa ... qui docet

ut non irascatur ... legem non occidendi ... implet precepta ut

foris dum non occidimus et de corde dum non irascimur ... innocentiam custodiamus

a Audistis inquid quia dictum est antiquis non occides qui autem occi

derit reus erit iudicio Ego autem dico vobis quia omnis qui ira

scitur fratri suo reus erit iudicio Sed quid inter est inter reum iudicio et reum

concilio et reum gehenne ignis Nam cum reatus ... gradus ...

gradatim penam ... Gradus ergo sunt tres peccatis ... in primo

una est ... ira scilicet sola In secundo duo ira scilicet et vox que iram signat et

in voce ipsa vituperacionis expressio ... reatum iudicii concilii

gehenne ignis ... ad ... fratri ... ipsa ...

In iudicio adhuc defensionis ... in concilio ... aut ...

iudices conferunt quo supplicio dampnari oporteat ... cum ... da

... in gehenna ... dubia est sicut

in iudicio ... dampnati pene collacio sic in concilio ... dampnacio

certa pena dampnati Sed ... liceat ... fratri irasci ...

... quem ... adiungit Si ergo offeres munus

tuum ad altare et ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid adversum

te relinque ibi munus tuum ante altare et vade prius reconciliari fratri tuo

In illo tempore cum turba multa esset cum Ihesu nec haberent ... in ... v.

o vc lib

quod manducarent

In hac leccione consi

deranda est ... redemptore nostro ... dominus ...

... error qui ... in Christo operacionem

dogmatizac̄ psupsit ꝓcul a p̄amis finibus expellendus eius n
non videat Hec q sup tum bam mis̄t dus ne uel i cdia uel vie
longioris labore deficiat assump ꝯpassione sicudine fragilitatis
q uo desep tem panibus ꝯspiritalis panc̄s myor multa hom
saturauit dixit q̄ p̄us esse virtus cognoscere aut manuelo Hec desi
gnat q virum purs stil aliud mediamcis tuere nostrum n nos grā
redemptoris iud aliunde tu sui reficiat
¶ at ue typice uel Hec refectio z illa qua panis ac duorꝫ
piscium desistat q ibi lex vetus infirmitati spirituali grā plē esse
signata est Hic aut noui veritas ac grā testamenti fidelibus
ministranda mostrata est Bana utrumqꝫ refectio i monte celebra
ta ut aliorum cūctorum mirandum declarat qua vt utrqꝫ scriptura te
stamenti tre michi alitudinem mihus celestium preceptorum ma
nat ꝯpm̄orum utriꝫ altitudinem Et qui est mons domus dei i
vertice moncium ꝯsumavere poterit Cui cum edificata sup dominum fo
rum tem sive domum i. eccliam i alta bonorum extollit opum laude
tam manifestam gentibus ꝯsilibz ipse Saluatr abmissionis delectionibus
abstractam pane celesti reficat atqꝫ ad appetitum supne sinitatis
dato pignore cibi spiritualis accendit
+ uerba ue traduc dum ipse saluatorꝫ ınfirmorꝫ suorꝫ sustinz
uo clā quaqꝫ fidem suꝫ tantis laudi duo ꝑsmis suorꝫ ꝑ pacis
tum ba tedio dum sustinet quz multitudo fidelium pectā que ipse
tuent ꝑmam declinauit addum se dope ꝯ locuto atqꝫ ipse
sitatione querit eius dimitte iciunos i domum suā dus
uo wlt ne deficiat in via qua videlicet quesi petens in prin
lo dimittantur Ne ꝯ lassent in istius peregrinacionis huic pa
tiendi sunt pāt admonuere dñica viii post trinitatem

Attendite dixit ihesus discipulis suis attendite
a falsis ꝓphetis o origenes
quod paulo superius
phariseam clarum vel dus uocauit Hec nunc apertius ꝓfes
ꝓphas ostendit precipuos multi in principium ab homabilem abie
runt q primo ꝯ Iudea multi apparuerunt & modo ꝓcedia sua

[illegible]

Homo quidam erat dives qui habebat villicum et hic diffamatus est apud illum quasi dissipasset bona ipsius. Et vocavit illum et ait illi: Quid hoc audio de te? Redde rationem villicationis tue; iam enim non poteris villicare. Ait autem villicus intra se: Quid faciam quia dominus meus aufert a me villicationem? Fodere non valeo, mendicare erubesco. Scio quid faciam ut cum amotus fuero a villicatione recipiant me in domos suas. Convocatis itaque singulis debitoribus domini sui dicebat primo: Quantum debes domino meo? At ille dixit: Centum cados olei. Dixitque ei: Accipe cautionem tuam et sede cito et scribe l. Deinde alio dixit: Tu vero quantum debes? Qui ait: Centum choros tritici. Ait illi: Accipe litteras tuas et scribe lxxx. Et laudavit dominus villicum iniquitatis quia prudenter fecisset, quia filii huius seculi prudentiores filiis lucis in generatione sua sunt. Et ego vobis dico: facite vobis amicos de mammona iniquitatis, ut cum defeceritis recipiant vos in eterna tabernacula.

[illegible]

Do x. luc xix

In illo tempore Cum appropinquaret Ihesus Ierusalem videns civitatem

flevit super illam dicens quia si cognovisses et tu et

quidem in hac die que ad pacem tibi nunc autem abscondita sunt

ab oculis tuis Quia venient dies in te et circumdabunt te

inimici tui vallo et circumdabunt te et coangustabunt te undique

et ad terram prosternent te et filios tuos qui in te sunt

et non relinquent in te lapidem super lapidem eo quod non

cognovisti tempus visitationis tue. Et ingressus in templum

cepit eicere vendentes et ementes in illo dicens illis Scriptum est

Quia domus mea domus orationis vocabitur Vos autem fecistis

illam speluncam latronum Et erat cotidie docens

in templo. Principes autem sacerdotum et scribe et principes plebis

querebant illum perdere et non inveniebant quid facerent illi.

[illegible]

Dnica x. post trinitatis

omnis enim populus suspensus erat audiens illum.

Quod flente domino illa Jerosolimorum subversio describitur que a vespasiano et tyto romanis principibus facta est nullus qui hystoriam eversionis eiusdem legit ignorat. Romani enim principes denunciantur cum dicitur Quia venient dies in te et circumdabunt te inimici tui vallo et circumdabunt te et coangustabunt te undique et ad terram prosternent te et filios tuos qui in te sunt.

Hoc quoque quod additur Non relinquent in te lapidem super lapidem ecclesia ipsa iam eiusdem civitatis transmigratio testatur quia dum nunc in eo loco constructa est ubi quondam porta dominus fuit crucifixus prior illa civitas ut dicitur funditus est eversa. Cui quoque culpa eversionis sua pena sit illata subiungitur eo quod non cognoveris tempus visitacionis tue. Creator quippe omnium hanc per incarnacionis sue misterium visitare dignatus est sed ipsa timoris et amoris illius recordata non est. Unde eam per prophetam increpans eciam dicens Milvus in celo cognovit tempus suum turtur et hyrundo et ciconia custodierunt tempus adventus sui populus autem meus non cognovit iudicium meum.

Sed quid est quod plus quod sit quid dicitur videns civitatem flevit super illam dicens quia si cognovisses et tu flevit et enim pius redemptor ruinam perfide civitatis quam ipsa sibi contingere non agnoscebat esse venturam. Cui flens dominus recte dicitur quia si cognovisses et tu subaudiatur fleres que nunc quia nescis quod imminet exultas. Unde et subditur et quidem in hac die tua que ad pacem tibi habebat. Cur non pacem bona adparatam habebat manifestatur cum subditur Nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis Si enim ab oculis cordis mala que imminebant abscondita non essent leta in prosperitate presenti non fuissent.

In illo tempore dixit Jhesus ad quosdam qui in se confidebant tamquam iusti et aspernabant ceteros parabolam istam.

[illegible]

[illegible]

Duo homines ascenderunt in templum ut orarent unus phariseus et alter publicanus. Phariseus stans hec apud se orabat Deus gratias ago tibi quia non sum sicut ceteri hominum raptores iniusti adulteri velut etiam hic publicanus. Ieiuno bis in sabbato decimas do omnium que possideo. Et publicanus a longe stans nolebat nec oculos ad celum levare sed percutiebat pectus suum dicens Deus propicius esto michi peccatori. Amen dico vobis descendit hic iustificatus in domum suam ab illo. Quia omnis qui se exaltat humiliabitur et qui se humiliat exaltabitur.

Omelia Bede

Superbi cum nequaquam omnino sit medicum quidam corpus que precepta sunt faciunt non solum mox de sua iusticia presumunt sed et infirmos quosque despiciunt atque ideo quasi vasa vacui cum accedunt non ... publicani orantis ad illa ...

[illegible]

[illegible] [illegible] Iacob [illegible]

[illegible]

cetera membra pertinet de quibus supra dictum. Deus autem non faciet vindictam electorum suorum clamantium ad se. Phariseus autem iusti[ciam] vocat de quibus tribus in conclusione sua subditur verumtamen filius hominis veniens putas inveniet fidem in terra

Phariseus autem stans hec apud se orabat Deus gratias ago tibi quia non sum sicut ceteri hominum raptores iniusti adulteri velut etiam hic publicanus. Quatuor sunt species quibus omnis tumor arrogantie demonstratur cum bonum aut a semetipsis habere se estimat aut sibi datum desuper credunt sed pro suis se hoc accepisse meritis putant aut certe cum iactant se habere quod non habent aut despectis ceteris singulariter videri appetunt habere quod habent. Ordo phariseus ipse iactancie peste laborasse describitur qui merito de templo abs iustificacione descendit qui a bonorum operum merita sibi quasi singulariter tribuens oranti publicano se pretulit

Phariseus ad ostendendam abstinenciam ad imperandam misericordiam [illegible] deo gratias oculos habuerat sed studuit [illegible] [illegible] non habebat. Et quid [illegible] quod [illegible] [illegible] [illegible] percussura cunctas campi [illegible] si vnum foramen apertum relinquitur [illegible] ab hostibus intratur. Et publicanus a longe stans nolebat nec oculos ad celum levare sed percutiebat pectus suum dicens. Deus propicius esto mihi peccatori. Dico vobis descendit hic iustificatus in domum suam ab illo. [illegible] veniens fiducia [illegible] [illegible] [illegible] publicanus qui [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] ad templum venit iustificatus a templo rediit

[illegible]

Non iustus [illegible]

[illegible]

[illegible] ceremonialia [illegible] moralia [illegible]

[illegible]

[illegible]

Dominica xij post Trinitatem

In illo tempore exiens Ihesus de finibus Tyri venit per Sydonem ad mare Galilee inter medios fines Decapoleos. [illegible]

Et adducunt ei surdum et mutum et deprecabantur eum ut imponat illi manum. Et apprehendens eum de turba seorsum misit digitos suos in auriculas eius et expuens tetigit linguam eius. [illegible]

Et suspiciens in celum ingemuit et ait Effeta quod est adaperire. [illegible]

Et statim aperte sunt aures eius et solutum est vinculum lingue eius et loquebatur recte. Et precepit illis ne cui dicerent. Quanto autem eis precipiebat tanto magis plus predicabant et eo amplius admirabantur dicentes Bene omnia fecit et surdos fecit audire et mutos loqui. [illegible]

Omelia Venerabilis Bede

Surdus ille et mutus quem mirabiliter curatum adnotat [illegible] genus humanum designat quod ab errore diabolice deceptionis divina meruit gratia liberari. Obsurduit namque homo ab audiendo vite verbo postquam mortifera serpentis verba contra deum tumidus audivit mutus a laude conditoris effectus est ex quo cum seductore colloqui se presumpsit. [illegible]

Effeta

[illegible]

[illegible]

[illegible]

clausit aures ab audienda iam angelos laude creatoris quia ad audiendam eiusdem creatoris vituperacionem hominibus hospes manentem aperuit. Merito clausit os a predicanda cum angelis laude creatoris qui voluit ad meliorandum eiusdem opus creatoris sibi vetiti prevaricacione super eas implent. Et hoc nimis genus humani defaus quod mirandum vere si in minuant vias sive multo dilatum cepit in pagine rumorem ita ut veniente in carne domino exceptis paucis de iudea fidelibus totus pene mundus ab agnicione confessione vitalis surdus careret et mutus. Sed ubi abundavit delictum superabundavit gratia. Venit namque dominus ad mare galilee ubi nove curacionis que sanaret vocem sue pietatis gratiam admiscuit ibidem instabilium gencium corda in quibus nemo erat esse qui ad suam gratiam perveniret.

Et inter medios fines decapoleos ad mare galilee ubi egrotos sanaret venisse perhibetur quia relicto despectam populo qui decalogi mandata acceperat exterius vero adveniens ut sic Iohannes ait filios dei qui erant dispersi congregaret in unum. Et adducunt ei in quendam surdum et mutum et deprecabantur eum ut imponat illi manum quia ipse surdus salvatorem agnosceret mutus rogare nequiebat adiuvare eum amici operis salute domino supplicant. Sic nimirum per spiritualis vitae que oracione gerat ut si quos humana industria ad audiendum confessionem et vitalis quod non per domine pietatis offeratur aspectibus atque ad sanandum eum super eum manus flagitent auxilium.

[illegible]

[illegible]

In illo tempore dixit Ihesus discipulis dominica xiii post trinitatem

suis. Beati oculi qui vident que vos videtis. Dico enim

vobis quod multi prophete et reges voluerunt videre que vos videtis

et non viderunt, et audire que vos auditis et non audierunt. Et

ecce quidam legisperitus surrexit temptans illum dicens

Magister quid faciendo vitam eternam possidebo. At ille dixit ad

eum in lege quid scriptum est. quomodo legis. Ille respondens dixit

Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, et ex tota anima tua

et ex omnibus viribus tuis et ex omni mente tua. et proximum

tuum sicut te ipsum. dixitque illi: recte respondisti. hoc fac et

vives. Ille autem volens iustificare se ipsum dixit ad Ihesum

Et quis est meus proximus. Suspiciens autem Ihesus dixit Homo

quidam descendebat ab Ierusalem in Iericho et incidit in latro-

nes. Qui etiam despoliaverunt eum et plagis impositis

[illegible]

[illegible]

Abierunt semivivo relicto. Accidit autem ut sacerdos quidam de-
scenderet eadem via et viso illo preterivit. Similiter et levita cum
esset secus locum et videret eum pertransiit. Samaritanus autem quidam
iter faciens venit secus eum et videns eum misericordia motus est et
appropians alligavit vulnera eius infundens oleum et vinum
et imponens eum in iumentum suum duxit in stabulum et curam eius
egit et altera die protulit duos denarios et dedit stabula-
rio et ait: Curam illius habe et quodcumque supererogaveris
ego cum rediero reddam tibi. Quis horum tibi videtur
proximus fuisse illi qui incidit in latrones. At ille dixit:
Qui fecit misericordiam in illum. Et ait illi Ihesus: Vade et tu fac similiter.

Omelia venerabilis Bede presbiteri

Non oculi scribarum et phariseorum qui tantum corpus domini viderunt sed illi beati oculi qui eius cognoscere possunt sacramenta de quibus dicitur et revelasti ea parvulis. Beati oculi parvulorum quibus et se et patrem filius revelare dignatur. Dico enim vobis quia multi reges et prophete voluerunt videre que vos videtis et non viderunt et audire que auditis et non audierunt. Abraham exultavit ut videret diem meum et vidit et gavisus est. Ysaias quoque et Micheas et multi alii prophete viderunt gloriam domini qui et ideo videntes appellati sunt.

[illegible]

[illegible]

Et hii omnes alonge assistentes et salutantes [illegible] et in cunctis videntes

Apostoli autem in prima [illegible] dominum confitentes quod ei et quod voluisset [illegible] discretos [illegible] per angelos aut varias visiones [illegible] opus habebant doceri. Et ecce quidam legisperitus surrexit temptans eum et dicens: Magister quid faciendo vitam eternam possidebo. Legis peritus [illegible] vitam eternam dominum temptans surrexit ubi ait: Gaudete autem quod nomina vestra scripta sunt in celis. Sed ipsa sua temptatione declarat quod vana fuit illa domini confessio qua prius loquitur: quia abscondisti hec a sapientibus et revelasti etc.

Et ille dixit ad eum: In lege quid scriptum est? quomodo legis? Ille respondens dixit: Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo. [illegible] legisperito [illegible] nobis salvator [illegible] vite [illegible] ostendit cui [illegible] [illegible] legis scripta [illegible] [illegible] post [illegible] parabolam [illegible] illum fuisse [illegible] [illegible] vade et tu fac similiter [illegible] studio [illegible] esse [illegible] [illegible] opus [illegible] [illegible] adventum

Dominica xiiii post trinitatem

In illo tempore dum iret Jesus in Jerusalem transibat per media Samariam et Galileam. Et cum ingrederetur in quoddam castellum

[illegible]

occurrerunt ei x viri leprosi qui steterunt alonge et levaverunt

[illegible]

vocem dicentes: Jhesu preceptor miserere nostri. Quos ut vidit

[illegible]

dixit: Ite ostendite vos sacerdotibus. Et factum est dum irent

[illegible]

mundati sunt. Unus autem ex illis dum vidit quia mundatus

[illegible]

est regressus est cum magna voce magnificans deum et cecidit in faciem ante pedes eius gratias agens et hic erat

[illegible]

[illegible]

[illegible]

Samaritanus. Iudeus autem Ihesus dixit Nonne decem mundati sunt et nouem ubi sunt Non est inuentus qui rediret et daret gloriam deo nisi hic alienigena. Et ait illi Surge vade quia fides tua te saluum fecit. O Be

Leprosi non absurde intelligi possunt qui scienciam vere fidei non habentes varias doctrinas profitentur erroris Non enim [non] vel abscondunt impericiam suam sed pro summa pericia proferunt in lucem et iactancia ostendunt. Nulla porro falsa doctrina est que non aliqua vera intermisceat. Vera ergo falsis inordinate permixta in vna disputacione vel narracione hominis tamquam in vnius corporis colore apparencia significant lepram tamquam veris falsisque colorum locis humana corpora variantem atque maculantem.

Hi autem vitandi sunt ecclesie ut si fieri potest longius remoti magno clamore Christum interpellent. Vnde apte subiungitur qui steterunt a longe et leuauerunt vocem dicentes Ihesu preceptor miserere nostri. Et bene preceptorem vocant cum eum in eius verbo se curasse significant. Quem saluandi quilibet preceptorem vocatur. Quos dominus cum eorum preceptor videret mox ad formam salutis reuocat. Unde sequitur Quos ut vidit dixit Ite ostendite vos sacerdotibus. Et factum est dum irent mundati sunt.

Nullum dominus eorum quibus beneficia corporalia prestitit inuenitur misisse ad sacerdotes nisi leprosos quia videlicet sacerdocium iudeorum figura erat sacerdocii regalis futuri quod est in ecclesia quo consecrantur omnes pertinentes ad corpus Christi summi veri principis sacerdotum. Et quisquis vel heretica prauitate vel superstitione gentili vel iudaica perfidia vel etiam scismate fraterno quasi vario colore per graciam Christi caruerit necesse est ad ecclesiam veniat coloremque fidei verum quem acceperit ostendat. Cetera vero tamquam valitudines interiorum membrorum atque sensuum per seipsum in consciencia et intellectu dominus sanat et corrigit. Dominica xv post [illegible]

In illo tempore dixit Ihesus discipulis suis Nemo potest duobus [illegible]

[illegible]

duobus dominis aut enim unum odio habebit et alterum diliget

aut unum sustinebit et alterum contempnet / Non potestis deo servire

et mamone / Ideo dico vobis ne solliciti sitis anime vestre quid

manducetis neque corpori vestro quid induamini Nonne anima plus

est quam esca / et corpus plus quam vestimentum / Respicite volatilia

celi quoniam non serunt neque metunt neque congregant in horrea / et

pater vester celestis pascit illa / Nonne vos magis pluris estis illis

Quis autem vestrum cogitans potest adicere ad staturam suam cubitum unum Et de

vestimento quid solliciti estis Considerate lilia agri quomodo crescunt

non laborant neque nent Dico autem vobis quoniam nec Salomon in omni

gloria sua coopertus est sicut unum ex istis Si autem fenum

agri quod hodie est et cras in clibanum mittitur deus sic vestit

quanto magis vos minime fidei Nolite ergo solliciti esse dicentes

quid manducabimus aut quid bibemus aut quo operiemur Hec enim

omnia gentes inquirunt Scit enim pater vester quia his omnibus

[illegible]

indigetis. Querite ergo primum regnum dei et iustitiam eius et hec omnia adicientur vobis.

Omelia Io. [illegible]

Mamona Syriace sermone divitie nuncupantur. Non potestis deo servire et mamone. Audiat hoc avarus, audiat qui censetur vocabulo christiano non posse simul divitiis [illegible] servire, et tamen non dixit qui habet divitias sed qui servit divitiis. Qui enim divitiarum servus est divitias custodit ut servus, qui autem servitutis excussit iugum distribuit eas ut dominus. Ne solliciti sitis anime vestre quid manducetis neque corpori vestro quid induamini. Nonnulli codices addunt: neque quid bibatis. Ergo quod universis animalibus tribuit iumentis ac bestiis iumentisque commune est, huius cura penitus liberamur.

Et preceptum nobis ne solliciti simus quid comedamus, quia in sudore vultus preparamus nobis panem. Labor nobis exercendus est, sollicitudo tollenda. Hoc quod dicitur ne solliciti sitis anime vestre quid comedatis neque corpori vestro quid induamini, de carnalibus cibis accipiamus; ceterum de spiritualibus cibis semper nos debemus esse solliciti. Nonne anima plus est quam esca et corpus plus quam vestimentum? Qui ergo maiora prestitit utique et minora prestabit.

Respicite volatilia celi que non serunt neque metunt neque congregant in horrea, et pater vester celestis pascit ea. Nonne vos pluris estis illis? Amplius sapere ne plus sapiamus quam oportet sapere. Istud testimonium [illegible] capitulo observandum est. Sunt enim quidam qui dum volunt terminos patrum excedere et ad alta volare in yma merguntur. Volatilia celi dicunt esse angelos et ceteras dei ministras fortitudines que absque cura sua dei aluntur providentia. Sed si hoc ita est ut et iste volunt, quomodo sequitur dominus ad homines: Nonne vos magis pluris estis illis? Simpliciter ergo accipiendum est.

[illegible]

[illegible]

[illegible]

